BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
151
B
42
NAPOLI

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
151
B
42
NAPOLI

Google

S. C. Bibl. Gen. B 135

Digitized by Google

151 B42

M. AUGUSTI BEYERI

MEMORIAE
Hiſtorico-Criticæ
LIBRORUM RARIORUM,

Accedunt

EVANGELI COSMOPOLITANI

Notæ ad

JO. BURCH. MENCKENII

De Charletaneria Eruditorum Declamationes, in quibus exempla nonnulla præcipue Hiſpanorum adferuntur.

DRESDÆ & LIPSIÆ

APUD FRIDERICUM HEKEL,

1734.

VA1 1512693

PRÆFATIO.

EX quo Illuſtrium & Celeberrimorum virorum Bibliothecas frequentare cœpi, libri quampluri-mi, quorum mira in noſtris terris quondam penuria fuit, ſubinde in manus meas inciderunt. Tum in ſinu gauiſus ſum, quod mihi ſcripta illa unanimi eruditorum voce decantata inſpicere liceret, quum fortuna hoc aliis inuideret. Dudum enim ex

Ephemeridibus doctorum & Catalogis non ſine admiratione didiceram, quanta & quam inexpectata libellis quibusdam non admodum notis pretia ſtatui ſoleant: Magis adhuc mirabar, quando Anglorum, Batauorum, Gallorum & Germanorum multos in librorum rariſſimorum coëmtionem tacita quaſi mente conſpirare & in ſumtibus erogandis nunquam defatigari audiebam, cauſas enim præter vanam oſtentationis gloriam, nullas coniectura adſequi valebam, cur videlicet viri eruditionis veræ ſenſu præditi & non aliunde quam ex literarum ſtudiis clari rariores magis quam meliores libros appeterent. Verum enim vero omnium, qui æra lupinis diſcernere docti ſunt, confeſſione liquet, rariores libros non ſemper optimos eſſe, quinimo plerumque peſſimos exiſtimauerim. Libri notæ melioris a viris eruditis ac rerum peritis elaborati raro oculis noſtris prorſus ſubducuntur, præterquam ſi ſcriptores noui ſeculique magis adcommodati genio efflorеſcere incipiunt. Ex aduerſo libri vel religionis cultum vel reipublicæ rationem vel mores bonos offendentes

iure

iure meritoque ſupprimuntur, ne Eccleſia & Reſpublica detrimenti quidquam capiat ex eorum diuulgatione, adeoque rariores fiunt. Nihilominus eiusdem furfuris ſcripta non pauca vel eodem vel alio plane nouo titulo inſignita poſtliminio reſtitui ac præcipue apud Belgas recudi obſeruauimus. Quo quidem ex ſemine denuo ſparſo fructus impiiſſimi pectore vix excuſſi non tantum repullulant, ſed animi etiam nouarum rerum auidi magis excitantur cupiditatis ſuæ maris inſtar fluctuantis tempeſtate eo rapti, ut quæ ſilentio prætermiſſa & verecunde mutata ſunt, in editionibus primis legere malint, quam mentem impietatis maculis puram & pectus caſtum conſeruare.

Cum igitur multos tam ſumtuoſa libros rariores conquirendi cupidine affectos, plerorumque etiam vanitatem, quæ omnem ſaltem legitimum ſemper finem reſpuit, obſeruarem, in mentem veniebat, Hiſtoriam librorum rariorum & controuerſiarum ſuper iisdem motarum colligere. Vix autem de opere illo cogitare inceperam, multa in deterius mihi euen-

 tura

tura eſſe primum imbecillitate ingenii deinde inopia librorum rariſſimorum, prænidebam: verebar etiam, ne recenſiones plures ex charta in papyrum transferendo lectoribus faſtidium mouerem. Studia etiam, quibus nomen dedi, hiſtoriam librorum rariorum prolixam, qualis diligentem librorum continuamque lectionem requirit, contexere haud permittebant, ut taceam, nonnullas de quibus dicendum foret, rariorum librorum argumenta ab animo verecundæ lectionis cupido abhorrere: Quicquid autem legere piaculum fere duxi, illud publice narrare multo grauius crimen fuiſſet: Satis itaque fuit, notas quasdam externas atque fragmenta paſſim attuliſſe, ex quibus cognoſci poſſit, exiſtere librum hunc vel illum, cuius aliqui aut exiguam, aut dubiam aut plane nullam habuiſſe notitiam viſi ſunt. Habes excuſationem noſtram *ἱκανὴν ἁρμόσασθαι καὶ τόπῳ καὶ χρόνῳ καὶ προσώπῳ.*

Libri in quibus recenſendis otium meum conſumſi, ſunt certe rariores, quod ſi vero tibi non de omnibus ita æque videatur, rarita-

tis

tis cauſam ex obſeruationibus additis cognoſce, meque ſine cenſoriæ ſeueritatis nota dimitte. Rariores autem eosdem, de quibus dixi, libros duplicis generis eſſe, agnoſco. Alii utiles, quibus primos ab inuentæ artis impreſſoriæ typographis principibus excuſos codices MStis ipſis æquiparandos, libros ad eruditionem ipſam pertinentes, ſcripta veritatis teſtimonia complectentia adnumero. Alii ſunt inutiles, quos antea a ſe inuicem diſtinxi. Quæris, cur ego improbatæ lectionis librorum mentionem denuo fecerim, utpote qui ſecurius iacerent nigro corio compacti & nigro colore tincti, ut vel ſic horrorem intuentibus incutiant? Reſpondeo, idipſum a me alium in finem non factum eſſe, quam ut *βιβλιοφίλοι*, quorum cupiditas vanitatis expers eſt, acquieſcant, nec in colligendis famoſiſſimis iſtis libellis aurum plenis manibus in poſterum profundant. Inſtas: iſtos ſimul homines, quos affectus ſuus abripit, librorum, ex quibus impietatis argumenta & Veneris pabulum habere poſſent, notitiam nanciſci, nec diffiteor, ita omnino accidere poſſe. Atuero iſtos memo-

riæ meæ nihil prorſus iuuabunt, animis ad tam
impia facinora procliuibus nunquam aliunde
occaſio deerit: via hæc per literas ad impie-
tatem graſſanti longo nimis anfractu circum-
ſcripta eſt: Ratio male credendi & male vi-
uendi ex quotidiana cum nullius religionis
atque pudoris hominibus conſuetudine faci-
lius addiſcitur: Superſunt Bibliothecæ viuen-
tes Atheiſmum, Libertiniſmum & Epicureiſ-
mum ſpirantes. Et quotusquisque erudito-
rum eſt, qui BAYLIUM non euoluerit vel
ipſe non poſſideat, hunc vero auctorum plu-
rium tam male notatorum non memorias tan-
tum, ſed vindicias in Dictionario ſuo Hiſtori-
co & Critico reliquiſſe, nouimus. Nec poſt
hunc me unum eſſe, mihi unquam perſuaſi,
qui talia memoriæ prodiderit, en viros cele-
berrimos, dignitate ac eruditione venerandos,
RECHENBERGIUM, MORHOFFIUM,
STRUUIUM, HEUMANNUM, REIM-
MANNUM & VOGTIUM noſtros, ROC-
QUIUM, MENAGIUM, SIMONEM,
BAILLETUM, SALENGRIUM, DE LA
CROZE, exteros, quorum collectiones, ſcri-
pta,

pta, diſſertationes, catalogi & recenſiones publice proſtant, ex quibus dudum cognouerunt, quam irreligioſos, quam impudicos & quam inſipidos ſcriptores huius & ſuperiorum ſeculorum ætas poſt CELSI, CATULLI ac OUIDII aliorumque gentilium tempora magno inter Chriſtianos ipſos agmine protulerit. * Quod vero memorias meas tam anguſtis limitibus incluſerim & ultra numerum centenarium non progreſſus fuerim, nihil ſane præcepit numerus, multo minus de memoriis meis alio tempore totidem in recenſionibus continuandis unquam cogitaui, ad ſeue-

)(5 riora

* *Addo iudicium ELIÆ MAIORIS: Quid igitur? omnesne ergo impudicitiæ & turpitudinis inſimulandi, qui de iis rebus ſcripſerunt, quorum ſine horrore meminiſſe non debemus? Ego vero non arbitror. Narrare licet, reprehendere licet, ludere & probare non licet. Sed narrare licet, vt appareat tamen tibi non probari, quæ referas: videſis Eiusd. Diſquiſitiunculam de impudicorum carminum ſcriptione. Olſnæ. 1655. 8.*

riora animus intendendus eſt. Nec librorum rariorum apparatu nec obſeruationibus literariis pluribus deſtituor. Saltem aliorum exemplo catalogum librorum ac editionum facili negotio ſubiungere potuiſſem. Ne vero hæc dicis gratia protuliſſe videar, ſequentia, quæ rarioribus addantur, ſcripta notabo.

MICH. MARTINEZ a VILLAR, Interpretatio trium Epigrammatum Cæſaraugustani templi S. Mar. Mai. ad Columnam, cum Eiusd. Appendice de innata Regni Arragonum fidelitate. Palmæ Balearium. 1609. 4.

J. S. (JAC. SALIER) Cacocephalus, ſiue de Plagiis opuſculum. Matiſcone. 1694. 12.

JAC. PAYVÆ ANDRADII, Orthodoxarum explicationum libri X. præſertim contra MARTINUM KEMNICIUM. Coloniæ. per Cholinum. 1564. 8.

Specimen artis ratiocinandi naturalis & artificialis, P. I. II. III. Hamb. 1674. 8.

PE-

PETRI MONTMAURI Opera in duos Tomos diuiſa, iterum edita & notis nunc primum illuſtrata a QUINTO JANUARIO FRONTONE. Pariſ. 1643. 4.

Dialogi duo inter Spudæum & Gorallum. 4. ubi de amoribus JO. CLERICI cum Maria Læta ex Britannia eadem naui cum ipſo transuecta agitur.

CLAUDII BADUELLI, De officio & munere eorum, qui iuuentutem erudiendam ſuſcipiunt, Epiſtola ad JAC. SADOLETUM Cardinalem & Epiſcopum Carpentoratenſem. Lugduni. Seb. Gryphius. 1594. 8.

Les Amours paſtorales de Daphnis & Chloé avec figures grauées par AUDRAN peintes par PHILIPPE Duc d'Orleans. edition originale. Paris. 1718. 12.

NIC. FIZHERBERTI, De Antiquitate & Continuatione Catholicæ Religionis in Anglia, Romæ. 1608. 8.

JO.

JO. COPI, De reſtitutis a Rege FRANCISCO literis Oratio. Pariſ. 1535. 4.

ALOYSII LOLLINI, Epiſtolæ Miſcellaneæ: acc. Eiusd. Epiſtolaris Diſciplinæ Commentarius. Belluini. Franc. Viecerius. 1641. 4.

Explication d'une pierre grauée, dont l'empreinte a été envoyée a l'Academie des Inſcriptions & Medailles au mois de Fevrier (par GROS de BOZE) Paris. 1708. 4.

MELCH. de CABRERA, Diſcurſo legal, hiſtorico y politico en prueba del origen, progreſſos, utilidad, Nobleza y Excelencias del Arte de la Imprenta. Madrid, 1675. fol.

PAVLINA de recta Paſchæ celebratione ac de die Paſſionis D. N. J. C. opus PAULI Germani de Middelburgo Epiſcopi Foroſempronienſis. Foreſempronii. Octauius Petruſius. 1513. fol.

RODRIGO RODRIGUEZ Pleytos de los Libros y Sentencias del Juez. Tortoſa, 1664. 8.

Col-

Collectio hæc maxime prohibita in Hiſpania propter defenſionem, quam continet, variorum librorum a P. P. Dominicanis, penes quos librorum cenſura eſt, prohibitorum.

BASIL. BESLERI, Hortus Eyſtettenſis. 1613. fol.

BERN. PEREZ de VARGAS de Re Metallica. Madrid. 1569. 8.

GODENNESCHE, Medailles du Regne de Louis XV. av. fig. 1728. fol.

Diſputatio de ſuppoſito, in qua plurima hactenus inaudita de NESTORIO tanquam orthodoxo & de CYRILLO Alexandrino aliisque Epiſcopis Epheſi in Synodum coactis tanquam hæreticis demonſtrantur, ut ſoli ſcripturæ Sacræ infallibilitas aſſeratur, (auctor eſt DAV. DERODON) Francof. 1695. 8.

HIER. VECCHIETTI, Tabulæ majores Chronologicæ. Auguſtæ Vindel. Jo. Prætorius. 1621. fol.

Exemplar ſcilicet illud, quod folium cum Computo continet.

Hæc

Hæc ſufficiant. Præterea obſeruationes, quarum cauſa paragraphum nouam inſcribere nolui, plures collegi, e. g. Quando in exemplari quodam SERUETI librorum de Trinitatis erroribus unicum hoc erratum in peculiari plagula non ſine diuinitatis Jeſu Chriſti contemtu additum deprehendi: Ubicunque reperies Jehonah, tu lege Jehouah per *ou* non *on*.

Cel. LILIENTHALIUS de Vaſconianis num prodierint dubitauit & mendum typographi, qui Gaſconiana imprimere debuiſſet, habere mauult, ſed reuera extant illa, nihil quod eruditionem iuuare poſſet, exhibentia. &c.

Denique a me ſatisfaciendum eſſe arbitror quæſtioni illi; quare ſcriptiunculas paucarum plagularum Schediaſmata & MSta in Memorias meas retulerim. Libros minimos & Diſſertationes paucorum foliorum non tantum rariſſimos ſed pluribus prorſus incogni-

tos

tos eſſe, didici: MSta illa, in quibus obſeruationibus meis commoratus ſum, ea ſunt, quæ licet nunquam typis exſcripta, tamen non minori apud eruditos fama gaudent.

Ex additamentis ad Celeb. MENCKENII de Charletaneria Declamationes quilibet me non præeunte intelligere poterit, quam difficile ſit Satyram ſcribere, quæ ſuffragium rei literariæ Quiritum mereatur. Præter LIPSIUM, BARCLAIUM, PUFENDORFIUM, MENCKENIUM & nuperrimum elegantiſſimæ dictionis Satyricum a S. JANUARIO paucos ſane numerabis hac in palæſtra exercitatos & cum laude adhuc ſuperſtites. Alioquin virum ſicuti omnes, qui ciuium ſuorum gloriam egregie tuentur, & ex literarum ſtudiis famam petunt, venerari etiam mirari ſoleo.

Præfationem iam finio & rogo, vt memoriæ meæ, L. B. lima tua ſplendeſcant, non atterantur. Nam eo abhinc tempore, quo animum ad eas publice ſcribendas adpuli, ne quid diffi-

diſſimulem, ſtatim intellexi, libellum hunc commendatione tua & ſi mauis cenſura benigniori indigere. Error fuit facilis, tu vero, quam diligentiſſime poteris, adnota, quæ commutanda, quæ Eximenda arbitraris, nec me coniecturis meis polypi more tanquam ſaxis inhærentem videbis, illud quidem facere ſi neglexeris, poſteri aut ſimul errabunt, aut errores meos indicabunt.

VALE.

I.

Annales Typographiques de Bourges par CATHERINOT. 4. 1. *pl.*

NICOLAUS CATHERINOT Licentiatus Juris in Univerſitate, quæ floret Avarici & Advocatus Regius in urbe eadem, hiſtoriæ patriæ admodum fuit ſtudioſus, bonamque vitæ ſuæ partem ſtudio huic conſecrauit. Quo factum, ut ſingulis annis aliquot folia (Galli vocant *feuilles volantes*) evulgaret magnæ molis operibus nunquam delectatus. Singulare de ipſius opuſculis judicium reperimus in *Valeſianis* Pariſ. 1694. in 8. editis p. 122. *Dans toutes les paperaſſes, qu'il a miſes au jour, il y a à la verité quelques bons endroits, mais en petit nombre & le reſte n'eſt que du fatras.* Applicantur etiam in CATHERINOTUM verba; *Doctus erat, ſed minimi moduli.* Quamvis vero ejus Scriptiunculæ non tam magnum ſapiant ſpiritum, nihilotamen

men

men ſecius ſumma cum cura conquiruntur, & difficilius inveniuntur, quam quævis alia non ubivis obvia ſcripta. Neque idipſum non ita evenire potuit, ſi veritati conſtet, quod aliqui perhibeant, CATHERINOTUM ſcilicet, poſtquam Pariſiis aliquantisper vivens bibliopolas Pariſienſes libros ſuos venditioni publice exponentes viderat, itidem opuſcula ſua parietibus adfixiſſe, eum in finem, ut citius divulgarentur. conf. l'Abbé ARCHIMBAUD *Pieçes fugitives d'Hiſt. & de Lit. Paris* 1717. 8. Art. IV. p. 90. ubi reliqua ejus ſcripta, quæ annum ſuperioris ſeculi octogeſimum ſecundum inter & quartum edidit, recenſentur. De autoris genio facti certiores, ad plagulam rariorem, quæ agit de annalibus Typographicis Avaricenſibus, revertimur. In brevi, quam præmiſit, introductione memorias ſuas ſe debere fatetur Impreſſoribus in civitate eadem celebribus *Toubeaux* patri & filio. Incipiunt annales ab anno 1490. cum ſequenti libro: *Voyage de Jean de Cucharmois en Jeruſalem; il fut Chevalier de la Table ronde à Bourges, Echevin de la même ville & y fit batir un ſuperbe Hôtel en la rüe des Auvents, ſurnommé le petit Louvre.* Obſervationes ejusmodi continuantur uſque ad annum 1571. Ex quibus Speciminis loco communicamus iſtam, quam dedit de prima eaque rariſſima editione famoſiſſimi libelli: Cymbalum mundi. Nimirum inter libros anno M.D.XXXVII. in urbe *Bourges* excuſos al-

legat Cymbalum Mundi *par Bonaventure des Periers Valet de Chambre de la Ducheſſe de Berry.* Suppleri hinç poterit CAROLI FRID. BUDDEI narratio, quam de hoc ſcripto rariſſimo quondam ſuppeditavit in Diſſ. de Criteriis boni Libri p. 9. in nota.

II.

FRANCISCI STATII ADVORTENSII TRIUMPHONIS De Mæcenate Libri VI. ad VIGLIUM & JOACHIMUM HOPPERUM Philippi Regis Conſiliarios. Leidæ. Excudebat Theod. Gerardi Horſt *ſub Grue aureo. M.D.LXIV.* 8.

Privilegium datum eſt Bruxellis; Libelli argumentum eo tendit, ut TRIUMPHO Mæcenatem nanciſcatur, qui otium ipſi faciat, ad opera ſua, de quibus glorioſe nimis loquitur, edenda, & ut autoris ingenium magis pateat, quæ ipſe de ſtudiis ſuis retulit, adpoſiturus ſum, verba, ſic autem fluunt: „Dedi „ operam philoſophiæ partim theologiæ, par- „ tim vi & facultati dicendi partim literis Græ- „ cis, Latinis & Hebraicis duos & viginti an- „ nos in Germania, in Italia ſex. Interim lu- „ ſtratis exteris nationibus, peragratis pleris- „ que Italiæ academiis, frequentatis Gymnaſiis „ Germaniæ, perſpecta Gallia, Belgica, Ciſal- „ pina, Togata, Tranſalpina, florentiſſimis „

" quibuſdam exterarum regionibus, urbibus
" aditis, perluſtratis orbis terræ locis celeber-
" rimis, variorum populorum, variarum gen-
" tium ingenia ac mores expertus ædidi equi-
" dem libros aliquot, atque etiamnunc deli-
" beratum eſt ædere opera quamplurima; at
" quibus de rebus? de decretis optimarum ac
" maximarum artium, de præceptis philoſo-
" phiæ, comprehenſionibus eloquentiæ, ratio-
" ne diſſerendi, obſcurioribus naturis rerum,
" ſacra cœleſtis ſapientiæ doctrina, vita ac mo-
" ribus, omni politiore eruditione, in qua
" ætatem meam omnem conſumſi." Hæc de
ſemet ipſo: Meminit diverſorum MStorum
ERASMI Roterod. quæ in utilitatem commu-
nem publicare conſtituerit, nempe, " Apo-
" logiæ ad Monachos Hiſpanos, Apologiæ ad
" Juvenem gerontodidaſcalum, Apologiæ ad
" Jac. Fabrum Stapulenſem de Eloim &c. Paſſim
etiam quædam ſcripta a ſe conſcripta enar-
" rat, quatuor libros oratorios Venetiis edi-
" tos ad Carolum Auſtriæ principem, Ferdi-
" nandi Cæſaris minimum natu filium; alios
" ſeptem libros, quos ſcripſerit de philoſophia
" ac liberalibus artibus ad Carolum V. Cæſa-
" rem; Libro III. verba ſequentia arrogantiæ,
quam quidem aſtute deprecatur, plena ejicit;
" Illud certe aſſequar & aſſecuturum, (quod
" citra arrogantiam dictum exiſtimari velim)
" conſtanter auſim aſſeverare; a nemine me
" veterum auctorum, qui ante natum Chriſtum

"ſcri-

ſcripſerunt, multitudine librorum, nemine "
recentiorum eloquentia ſuperatum iri. Ex
Libro VI. de ejusdem patria conſtat; Bol- "
ſuerdia,inquit,mihi patria eſt, eadem VIGLI, "
quæ tua, tuisque, HOPPERE, olim interfui "
lectionibus." Omnes ſex libros ita concludit,
ut ſe CAROLO V. & PHILIPPO filio ejus
commendent, quo ipſe libros ſuos ad Sacerdotium
quoddam admiſſus otiumque nactus
edere poſſit. In fine libelli acceſſit Oratio funebris
in laudes parentum EMMERMANNI
SCHUELLERI; ubi de B. LUTHERO, poſtquam
de tribus Hierarchiis extollentium Deum
in cœlis beatorum, in terris juſtorum, ſub terra
purgandorum dixit, ſequentem in modum
pergit: "Quid multa? MART. LUTHERUS "
in diſputatione Lypſica aperte idem confir- "
mat, quod poſtea tanquam ſui oblitus tam "
acriter oppugnavit. OECOLAMPADIUS "
vero quid aliud voluit, cum orationem "
DAMASCENI de his, qui in fide Chriſti "
diſceſſerunt, de Græco in Latinum faceret? "
Noſtri jam non eſt, pluribus ediſſerere, quam
perperam hæc affirmaverit TRIUMPHO,
cum Ill. SECKENDORFFIUS in Hiſtoria
Lutheraniſmi veritatem rei aperte narraverit.
Liber jam recenſitus, qui eum in finem ſcriptus,
ut autori ſuo per varios terrarum angulos
erranti famam & mercedem acquireret,
nihil præter obſcuram Triumphonis memoriam
reliquit, & SUFFRIDUS PETRI in

Tractatu de Scriptoribus Friſiæ. Colon. Agripp. 1593. 8. p. 255. de ipſo, quem tunc temporis adhuc in vivis eſſe putavit, præterea nihil compertum ſe habere ſcribit; De VIGLIO ZUICHEMO autem annotat, hunc vitam ſuam deſcripſiſſe. videſis l. c. p. 182.

III.

FRANC. DE ARAOZ Opuſculum de bene diſponenda Bibliotheca. Matriti. Franc. Martinez *M.D.CXXXI.* 8.

Autor fuit Regalis Audientiæ Hiſpalenſis Executor maximus. Titulum ſequitur Hieroglyphicon ſapientiam, prudentiam & temperantiam repræſentans, addita Expoſitione prolixiori & Dedicatione ad LAUR. RAMIREZ DE PRADO Conſiliarium Regis Hiſpaniæ directa, quem a locupletiſſima ſelectiſſimaque Bibliotheca, cujus uſus ipſi conceſſus fuerit, deprædicat. In Libello ipſo XV. prædicamenta ſive claſſes Bibliothecæ uniuscujusvis diſponendæ conſtituit, atque cuilibet claſſi aliquot opera ſed ſatis imperfecte ſubſcripſit. Quando p. 13. de Poëtis diſponendis agere incipit, de eo, quod circa Comœdias excudendas juſtum eſt, prolixe cumulatimque diſſeruit, in eorum ſententiam proclivior, qui ſpectaculorum uſum penitus rejecerunt.

IV.

IV.

HIPPOLYTI SALVIANI Aquatilium animalium Hiſtoriæ. Liber primus. Romæ. Autor. *M.D.LVIII. fol. c. f. æ.*

Auctor fuit natione Italus, qui Romæ profeſſus Medicinam & JULII III. Papæ archiater factus eſt. De vita ejus tractant JO. ANT. VON DER LINDEN L. I. *de Scriptis Medicis* & JO. JAC. MANGETUS *in Bibliotheca Scriptorum Medicorum* T. II. P. II. Librum ipſum quod attinet, SALVIANUS in eo expoliendo omnem operam ſtudiumque collocaſſe dicendus eſt; Namque non ſolum piſcium fere omnium græca, latina & vulgaria indicavit nomina, corporumque figuras & naturas diligenter deſcripſit, verum etiam omnium, qui ad manus ejus pervenerunt, piſcium imagines depingendas & ære elegantiſſime omnino excudendas curavit. Tabulas piſcatorias inſuper addidit, quæ animantium prope omnium naturam cum auctoribus graphice exprimunt, multumque auctoris laborem præ ſe ferunt; Præfatio ad PAULUM IV. Papam directa argumentum libri admodum rari & pretioſi exhibet.

V.

ANTONII CORNELLII Querela infantium in limbo clauſorum adverſus divinum judicium, apud æquum judicem propoſita; Apologia divini judicii contra Querelam infantium. Infantium ad apologiam divini judicii Reſponſio. Æqui judicis ſuper hac re ſententia. Lutetiæ. Chriſti. Wechelus *ſub ſcuto Baſileenſi. Anno M.D.XXXI. menſe Januario.* 4.

P. GARASSE *dans ſa ſomme Theologique* p. 19. & 298. CORNELLII nomen habet pro ſuppoſititio, negat hoc BAILIUS & rationes, quas de tractatu CORNELLII nimis præcipitavit ille, eximie pro more ſuo refellit. ANTONIUS enim CORNELLIUS Licentiatus Juris in Ducatu Averníenſi natus FRANCISCI I. Regis Gallorum tempore vixit. Nonnulli perhibent, WECHELUM libri hujus impreſſione maledictionem diuinam ſibi attraxiſſe, eâque ad incitas redactum fuiſſe, quod tamen alii de libro alio vere impio, qui agat de tribus Impoſtoribus, ab eodem literis exſcripto referre malunt. v. BAYLE *Diction. Hiſt. & Critique* Edit. Lugdun. 1730. p. 491. ad vocem WECHEL. In Dedicatione ſe multis nominibus deuinctum profitetur ANTONIO BORG Judici civili apud Pariſienſes eidemque laudatiſſimo

tiſſimo præſidi Sereniſſ. D. LUDOVICAE Galliæ gubernatricis. Præfatio indicat contenta libri plane non impii, eaque propter optime contra GARASSUM ab eximio BAILIO defenſi, verba hæc ſunt; " Lecto textu in l. Plautius; neminem ex facto alterius exhæreditari poſſe --- dormienti mihi viſi ſunt infantuli, qui in limbo agunt, coram adſtare, Deum optimum maximum accuſantes, quod non ſua ſed protoplaſti cauſſa exhæreditati eſſent contra ſententiam legis dictæ. " Querelas infantium per theſes adfert, illorumque cauſam fortiter agit. Poſtea vero refutationem & ſolatium, veneratione judiciorum divinorum nunquam poſthabita, cumulatiſſime adiungit. Carmina, quæ in plagula ſeparatim excuſa annectuntur, adſcribere neceſſe habemus, ut BAILII relationem corrigamus;

GUILIELMI NURII judicis Billienſis ad ANTONIUM CORNELLIUM Billienſem utriusque juris Licentiatum doctiſſimum hexaſtichon:

Olim in te puero quiddam haud vulgare videbar
Perſpicere, ANTONI, talia ſigna dabas.
At neque deſtituis ſpem tu jam grandior iſtam,
Imo infinitis vincis ubique modis.
Id tibi teſtatur facile liber ille, puellos
Intinctos ubi litem inſtituiſſe facis.

 Errat

Errat itaque BAELIUS, quando ex ſequentibus verbis Dedicationis; Quodſi quid deprehenderis nota dignum, pro tuâ facilitate in meliorem interpretare partem ætatique meæ adſcribe atque condona; concludit: CORNELLIUM admodum juvenem querelam hanc in lucem emiſiſſe. Fortaſſis exemplar eruditiſſimo BAILIO a BURDELOTIO ſubminiſtratum ultima hac plagula plane caruit.

VI.

NICODEMUS his Goſpel, by JOHN COUSTURIER. 8.

In Prologo brevis hujus Pſeudo-Evangelii notitia traditur; *NICODEMUS which was a worthy prince did write this bleſſed hiſtory in Hebrew and THEODOSIUS the Emperour did translate it out of Hebrew in Latin, and Bishop TURPIN did translate it out of Latin into French. And hereafter enſueth this bleſſeth Hiſtory called.* Hoc Evangelium ante annum M.D.IV. quo JOHANNES COLETUS Scripturam S. explicare incipiebat in Anglia fuit receptiſſimum, adeo, ut præter unicum Novi Teſtamenti latini exemplar in ſingulis templis Cathedralibus nullum, illius autem loco Evangelium NICODEMI ad columnam quandam in medio templi alligatum reperiretur. v. *New Memoirs of Literature.* 1725.

Vol. I. p. 220. Libellus in Anglia & ſine dubio Londini excuſus eſt.

VII.

La Hypnerotomachia di POLIPHILO, *cioe Pugna d' Amore in Sogno dou 'egli moſtra, che tutte le Coſe humane non ſono altro che ſegno: & doue narra molt' altre coſe degne di cognitione. Venetia.* Aldus M.D.XLV. fol. Riſtampato di novo & Ricorreto.

LEONARDUS CRASSUS Veronenſis opus hoc ſumtibus ſuis edidit, Illuſtriſſ. Duci URBINO dicavit, atque elogium ſingulare præmiſit, quod ad eius commendationem multum facit. Non enim tantum novum & admirandum opus, cujus verus auctor ipſum lateat, ſalutat, ſed etiam: "Non hic res ſunt, inquit, vulgo expoſitæ & triviis decantandæ, ſed quæ ex philoſophiæ penu depromptæ & muſarum fontibus hauſtæ quadam dicendi nouitate perpolitæ, ut ingeniorum omnium gratiam mereantur. Argumentum libri fuſius indicatur in JO. BAPTISTÆ SCYTHÆ carmine ad LEON. CRASSUM artium ac Juris Pontificii conſultum atque in præfatione; " *Poliphilo narra hauer in ſono viſto mirande coſe, la quale opera ello per vocabulo græco la chiama pugna d'amor in ſono. Oue lui finge*

ge hauer viſto molte coſe antique degne di memoria & tutto quello lui dice hauer uiſto di pūto in pūto & per proprii vocabuli ello deſcriue con elegāte ſtilo Pyramide, Obeliſci, Ruine maſſime di Edificii, la differentia di colunne, la ſu menſura &c. Porro exponit; *Quattro triumphi mirandi di Joue le amoroſe de li Dei. Quelle di poëti, l'affetto & effetto d'amore vario. El triunpho di Vertunno con Pomona. El Sacrificio all' antica di Priapo uno maraveglioſo tempio per arte deſcrittoue furò fatti ſacrificii cō mirabili riti & religione.* Hæc aliaque in Libro primo utramque paginam replent. Interim tamen hoc non ſine obſeruatione præteriri debet, quod figura Priapi, quæ in pleriſque editionis hujus exemplaribus deſideratur, in ſecundo folio poſt *m* iiii apparere debeat. In Libro ſecundo præſertim ſtirps & parentes, quibus orta ſit Polia ejus amaſia, narrantur, item, quis Taruiſii mœnia primus condiderit? Nonnulla etiam negotia amoris adduntur, denique ſomnus totumque POLIPHILI Volumen concluditur verbis ſequentibus:

Tarviſii cum decoriſſimo Poliæ amore lorulis diſtineretur miſellus Poliphilus. M.CCCC.LXVII. *Calendis Maii.*

Quia verba hæc textum ſpatio brevi interjecto ſequuntur, facile aliquis in opinionem adduci, & prout compertum habemus, decipi etiam poſſet, librum Tarviſii prodiiſſe, id quod tamen

men accuratior & tituli & finis inſpectio refellit: ita deceptus fuit Anonymus iſte, qui GUID. PANCIROLLI Res memorabiles anglica verſione donavit edit. Lond. 1715. 8. Hic in appendice *to the Chapter of Printing ſhewing the Time of its Beginning and the firſt Book printed in each City before the year* 1500. & quidem p. 415 hunc FR. COLUMNÆ librum primum Tarviſii excuſum deſignavit. Verba in fine poſita hæc ſunt: *In Vinegia, nell' anno* M.D.XLV. *In Caſa de' Figliuolo di Aldo.* Opus eſt pulcrum, rarum & plenum figurarum ligno inciſarum.

VIII.

Ad Titulum decimum quintum de Sagittariis: libro Quinto Decretalium prælectio. autore PETRO de ABAUNZA. Hiſpali. Ludov. Eſtupinnan. *MDCXXVII.*

4. c. f. æ.

Præfert nomen IOANNIS de ELCASTILLO Regii in Juridico Granatenſi Conventu infulati Cenſoris vulgo Auditoris, cui tractatus inſcriptus eſt. Inter alia, quæ in auctoris laudem præmiſſa ſunt, LODOVICI BROCHERI J. C *Iſagogicon in Sagittariorum* libellum ſine memoratione non dimittendum eſt, ibidem enim Hiſpanorum eruditionis patroci-

trocinium pulcre ſuſcepit, prout ex iis, quæ adponam, verbis clarum erit; "Animum nec "leviter pupugit naſutorum perfida inhiatio, "qui quid vel veteres vel Batavi evomerint, "tantummodo mirentur; quaſi in gignendis "his optimis (PLINIO teſte) laſſa ſit & quaſi "efeta natura & quaſi exteritati pignorata ſit "facundia." Conſtat libellus 87. paginis Explicantur in eo varia S. Scripturæ dicta, ſelectiſſima quoque auctorum profanorum loca cumulatim afferuntur, & illuſtrantur, nec figuræ æneæ & nummi eo pertinentes parcius adduntur.

IX.

Medailles ſur les principaux Evenements du Regne de LOUIS le Grand avec des Explications hiſtoriques (NB.) *avec la Preface.* Paris. l' Imprimerie Royale. M. DCC. II. fol. av. fig.

Hæc eſt prior editio: poſterior, quæ Pariſiis anno M. DCC. XXIII. prodiit, præfatione deſtituitur: Præfatio autem & figuræ politiſſimæ propter inſcriptionum integritatem & cælaturæ elegantiam priori etiam primas vindicauerunt partes, raritatisque pretium acquiſiuerunt. In Præfatione, quæ æri inciſa eſt, non ſine multa elogiorum recitatione narratur, quod

quod Ill. COLBERTUS ad LUDOVICI XIV. memoriam æternitati commendandam, Academiam Inſcriptionum erexerit, cujus membra in id maximopere contenderent, ut numiſmata vitam & res geſtas LUDOVICI Magni illuſtrantia excogitarent, atque hiſtoriam de iisdem publico conſpectui ſiſterent. Inſtitutum COLBERTI multa cum adſiduitate proſecutus eſt *Mr. de* LOUVOIS. Quo mortuo, *Mr. de* PONT Concellarius Franciæ opus bonis adeo auſpiciis inchoatum Regis juſſu continuavit, uſque dum Abbas BIGNONIUS eruditiſſimis viris, quos inter CHARPENTIER, RACINE, PAVILLON &c. notiſſimi fuerunt, ſymbolas ſuas ſimul conferentibus, abſoluit. Hiſtoria operis expoſita, de arte numiſmata inueniendi diſſeritur; Triplex eorundem claſſis, ſimplicium ſcilicet, metaphoricorum & mixtorum conſtituitur, denique recentiorum numiſmatum aberrationes a veteri Romanorum arte pluribus exemplis indicantur, & corriguntur. Præfatio in editione ea ex ratione mihi omiſſa eſſe videtur, quod encomia in LUDOVICUM XIV. nimium quantum coacervantur. Numiſmata anno abhinc MDCXXXIIX. uſque ad annum MDCC. pertingunt & 286. folia conficiunt. Editio autem poſterior 318. folia habet, quæ hiſtoriam ad tempora LUDOVICI XV. annumque M. DCC. XXIII. in Numiſmatibus noviſſime inventis explicarunt.

X.

X.

De *Loco ubi victus Attila fuit olim Diſſertatio Pariſiis* Jo. Libert. *MDCXLI.* 8. c. f. æ.

Diſſertatio hæc dedicata eſt ARMANDO DE RICHELIEU Cardinali ab auctore J. GRANGIERIO Regio Profeſſore. De APOLLINARIO SIDONIO loqui incipit, qui Attilæ bellum poſteris ſtylo intimare promiſerat. Poſtquam ſummi illius Hunnorum Ducis conſilia paulo altius repetiit, cladem ipſi fatalem ac maxime memorabilem in Campania contigiſſe, ibique campos Catalaunicos ſtatuendos eſſe, ait. Aſſertionem ſuam probavit verbis ex codice MSto, quem Capitulum Catalaunenſe religioſe cuſtodiat, deſumtis, in illo ſcilicet perantiquo de Clade Attilæ ſic legi; "bellum hoc apud Capam "villam agri Catalaunenſis, ubi adhuc veſtigia "reſtant, geſtum eſt. Eſt enim ibi ager ſeu "campus magnus faſſatis concluſus in pede, "cujus eſt fluvius ille de quo dicitur in textu. Exhibetur ſimul Attilæ os atque vultus ex PAULI JOVII elogiis. Documenta ſua GRANGIERIUS opera NICOLAI COPITETI nactus erat. Libellus hic ipſos inter Gallos inventu eſt difficillimus.

XI.

Libellus, qui continet: *Sonnetti luſſurioſi di PIETRO ARETINO.* 12.

Tanta libelli hujus eſt raritas, ut vel plerisque cupidiſſimis curioſorum librorum ſectatoribus nunquam ſit viſus. Quos inter omni jure MENAGIUM referimus, hic enim in P. IV. Menagianorum p. 60. Edit. Pariſ. non caſtratæ an. 1715. ita queritur: *je voudrois bien avoir de même (ARETIN) les Seze Sonnets, que fit l'ARETIN, pour mettre au bas des figures gravées par MARC ANTOINE de Boulogne d'après les deſſeins de JULES ROMAN. Le VASARI & apres lui FELIBIEN, ont dit que ces figures & ces Sonnets etoient au nombre de vingt. Mais l'ARETIN lui même dans la dedicace, qu'il en fit a BATTISTA ZATTI par une Lettre du XI. Dec.* 1537. *n'en compte que* 16. *Il y avoit deja dix ans que ſon recueil de ces Sonnets paroiſſoit témoin la lettre du* 29. *Nov.* 1527. *par la quelle il mande a CESAR FREGOSE, qu'il lui envoie il libro de' Sonetti & de le figure luſſurioſe. Je me paſſerois des figures mais je vous avoüe, que ſi j' etois en Italie je tacherai d'obtenir de quelque curieux ſoit Romain ſoit Venitien, la permiſſion de copier les Sonnets.* Confer. ſimul *ANDRE CHEVILLIER dans l'origine de l' Imprimerie de Paris* P. III. p. 302. qui judicium VASARI, quod in Vitis pictorum tulit, adſcripſit: *Jo*

non ſo qual fuſſe piu o brutto le ſpettacolo dei Deſigni di Giulio all' occhio, o le parole dell' ARETINO à gl'orecchie. Conſtat viginti & tribus plagulis, quarum anterior pagina tantum literarum typis eſt repleta, poſterior autem vacua. Figuræ nullæ adſunt præter unicam laſciviam, quæ tituli loco eſt. Ceterum non dubitamus, quin ARETINUS ex judicio perſonati TEOPHILI SINCERI & Auctoris *derer freymüthigen Gedancken aus der Hiſtorie, Critic und Litteratur,* (quorum tamen neuter libellum rariſſimum oculis uſurpaſſe videtur) omnes Scriptores Sotadicos in exiguo hoc libro turpiſſime ſuperaverit. Idem confirmat doctiſſimus Gallus BERNH. MONETA, qui Sonnettos italicos decem & quinque diſtichis latinis incluſit, eisque nonnulla præfaminis loco addidit, quibus ARETINI iconem depinxit atque libelli raritatem æque ac inhoneſtum jocandi genus ſignificavit. Quæ igitur cum ſine mentis caſtæ offenſione legi poſſint, ex Mæcenatis Summi theſauro MSto lubentiſſime communicamus:

Sub icone PETRI ARETINI.

Excudit Veneres MARCUS, quas JULIUS ante
Pinxerat. Hæc ſcribens vicit utrumque PETRUS.

Præfatio Diſtichorum.

ARETINE tuæ memorantur ubique figuræ
Nam ſolet has Vulgi dicere Lingva tuas,

Et

Et quod ſculptoris fieri commune decebat,
In ſolum vatem transtulit illa decus.
In verſus patrios ſub imagine quaque locutus
Bis ſeptem, qvos nunc vix reperire datur.
His ego, jacturæ parva heu! ſolatia magnæ
Subſtitui latio diſticha tincta ſale.
Hortorum placitura Deo, qvi ruſtica qvamvis
Suetus verba loqvi, Frater amoris erat.

Ex fine, qvem adpono, de Sonnettis ipſis judicetur:

Diceaſi in Roma, che eri mal chriſtiano
Interi non ſo che di Sodomia.
Becco cornuto tu ſei l'Aretino
Bardacco, Bugiarone L---
Ch' ai piu corne che compar chriſtino,
A. Menti. F. Mento il mal anno che dio ti dia.

JULIUM ROMANUM fuga ſibi conſuluiſſe & Mantuæ aliquantisper perlatuiſſe, didici ex CHARLES LAMOTTE *Eſſay upon Poëtry and Painting, with Relation to the Sacred and profane Hiſtory with an Appendix concerning obſcenity in Writing and Painting. Lond.* 1731. 12. p. 184. ſeqv. verba hæc ſunt:

GIULIO ROMANO had certainly been put to Death by the Pope, if he had not fled from Rome, and ſheldered himſelf in Mantua.

XII.

THEOD. BEZÆ Juvenialia. 12.

Titulus libelli circulo eſt circumdatus, in cujus parte ſuperiori Jupiter cum ſagittarum faſciculo conſpicitur, cui ab utroque latere a ſerpentum morſibus periculum imminet, in parte inferiori ſubjacent ſigna mortalitatis ſcilicet mortui hominis caput cum oſſibus, circumſcripta ſunt verba: *Maligna loquuntur ſupra me, mittentur in inferiora terræ.* Hæc procul dubio illa erit editio, quam innuit Anonymus *dans le Recueil de Literat. Philoſophie* &c. p. 27. *Il y en a une Edition in* 12. *Sans nom d'Imprimeur, ni de lieu; Elle eſt bonne.* Multa quondam fuerunt ab auctoribus variis diſputata de carmine quodam laſcivo, quod BEZA (vel ut ſe ſubſcribere ſolitus fuit) BES-ZE. (v. BAILLET *Jugemens de Sçavans.* Paris 1686. T. IV. p. 70.) viginti & novem annos natus exaravit & de ſua in Candidam & Audebertum benevolentia inſcripſit. Sicuti HIERON. BOLZEC in Hiſtoria de Vita & moribus BEZÆ à PANTAL. THEVENIO latine reddita, p. 46. affirmat, illud carmen in juvenilibus, quæ prodierunt Lutetiæ an. 1548. per ROB. STEPHANUM, reperitur; ipſe etiam, prout ibidem narratur, ſupprimere voluit poſtea, inque eorum vicem alia ſuffecit, in quibus multa, quæ in prioribus continebantur, detraxit, non potuit

tuit tamen illud perficere, quin è prima editione multa omnino exempla ſupereſſent. Verum enim vero Anonymus, qui eadem poëmata, prout ex JODOCI BADII ASCENSII typographia per CONR. BADIUM excuſa fuerunt, recenſet *dans les Eſſays de Literature* p. 98. contra GRAVEROLIUM negat, BEZAM ejusmodi carmen obſcœnis adeo refertum locutionibus unquam ſcripſiſſe, additque: *La plus part des gens, qui portent un jugement ſi precipite de cette piece, n'en ont rien veu, que ces vers, qu'ils ont trouvé cité dans Florimond de Raimond.* Ipſum deinde Epigramma, quod in Editione a me allegata L. II. p. 58. totidem verbis legitur, adjungit. Confer *Melange critique de Literature* p. 220. In manus meas quoque opportuno ſatis tempore pervenit ipſa Editio Pariſienſis præſtantiſſima & rariſſima 100. paginis conſtans, cujus in fine impreſſionis nota hæc legitur: LUTETIÆ ROBERTO STEPHANO REGIO TYPOGRAPHO ET SIBI CONRADUS BADIUS EXCUDEBAT. IDIBUS JULII M D XLVIII. 8. famoſum, totiesque decantatum Epigramma p. 94. iisdem verbis occurrit: Si recte judico, MURETUS in Poematibus ſuis multo liberius luſit, & nihilominus, quod ſane miror, cenſuram benigniorem, aliis haud indignantibus, apud poſteros habuit. Ut tandem de Sententia auctoris, qui de Juvenilibus THEOD. BEZÆ

Poematis Epiſtolam ad N. C. evulgavit Amſtelod. 1683. in 12. certior ſis, fatetur quidem Anonymus ille p. 6. BEZAM Mileſias ſuas & Sotadicos verſus exire in publicum ſiviſſe; BEZAM tamen defendit cum juventute, tum quod per aliquod tempus palam adhæſerit Eccleſiæ Romanæ. Rationis ſufficientiam ipſe plane non perſpicio: Nec exinde innocens declarandus eſſet animus BEZÆ ad libertatem Theologo indignam propenſus. Poëmata hæc JOACH. CAMERARIO fuiſſe grata, BEZA in Dedicatione ad MELCHIOREM VOLCMARIUM, Helvetium, Præceptorem ſuum (qui Lingvæ Græcæ apprime callens fuit & probitatis laudem habuit, quare à plurimis non MELCHIOR ſed MELIOR fuit cognominatus. v. *Melange critique de Literature par M.* - - p. 205. niſi fortaſſis *Melchiores* tum temporis ut plurimum *Meliores* ſe ſcripſiſſe, veritati mágis conſentaneum, prout exemplo GOLDASTI patet) directa ſignificat & ita ſcribit: "ut ſimul atque ex iis literis, quas ad me Tubinga dediſti, hæc noſtra "intellexi tibi & JOACHIMO CAMERARIO "mirum in modum probari, nihil habuerim antiquius, quam ut ea in unum velut corpus congererem." aliquot Poëmatum Juvenilium editiones adfert HENDREICH in Pandectis & ex iisdem POLYCARPUS LYSERUS in Apparatu Literar. Collect. I. Spec. V. cui carmina laſciva & minus caſta inſeruit.

XIII.

XIII.

MICHAELIS O. WEXIONII, Epitome Deſcriptionis Sueciæ, Gothiæ, Fenningiæ, & ſubjectarum Provinciarum accuratius quam nunquam editæ. Aboæ. Petrus Wald. *M.DC.L.* 8.

WEXIONIUS Jur. & Polit. Prof. in Academia Aboenſi celeberrimus libelli hujus auctor eſt: conſtat 10. Libris, quibus geographia, antiquitates, urbes, Regum & Epiſcoporum ſeries, religionis mutationes, academiarum & ſcholarum ſtatus &c. exhibentur, LANGLET *du* FRESNOY *dans la Methode pour étudier l'Hiſt.* T. IV. p. 167. refert æſtimatiſſimum WEXIONII opuſculum in Svecia fuiſſe ſuppreſſum, *parce qu'il decouvroit des Secrets, qui ſont connoitre le fort & le foible de cette Monarchie.* LANGLETUS hac in parte conſentit cum literatiſſimo MOLLERO in Hypomnematibus ſuis ad SCHEFFERI Sueciam literatam p. 394. cui tamen contradixit, ANDR ANTON. STIERMAN in Bibliothecæ Suio-Gothicæ T. II. p. 165. nulla omnino arcana in libello reperiri, quæ prohibitionem ejus urgere poſſent, confer p. 559. ubi vitam Wexionii adjunxit. Novam deſcriptionis hujus Editionem SIMONI FRID. HAHNIO in Collectione Monumentorum veterum & recentiorum debemus, evolve T. II. p. 124.

XIV.

Aſtrologiæ nova Methodus FRANCISCI ALLÆI *Arabis Chriſtiani. M. DC. LXXXVIII. fol.*

Typographus monet exiſtere Impreſſionem Rhedonenſem maxime vitioſam & fallacem. Sequitur præfatio ſub titulo: *Sors authoris ab ipſo conſcripta.* Laudat in ea Scientiam aſtrologicam: "Quid, inquiens, Deo "proximius quam in diuinæ ſuæ prouidentiæ "conſilium velut admitti; Noſſe cœlorum "motus & vires quibus tanquam inſtrumen-"tis natura leges dicit, publica privataque fa-"cta conformat, ita rerum omnium ſubluna-"rium effectus inprimis ſuis principiis ſpecu-"lari. Hæc mihi videtur præſtantior, quæ "poteſt hominibus contingere Sapientia tum "ſpeculativa, tum practica, cujus delitias & "utilitates infinitum eſſet recenſere." Pergit deinde ad deſcriptionem vitæ ſuæ; Se, ſcilicet, in Arabia felici natum à decimo quinto ætatis anno una cum Lingva Italica artem hanc â patre mercatore addidiciſſe, quam deinde in itineribus ſuis in Italiam, Galliam & Hiſpaniam exantlatis magis auxerit: contigiſſe autem, ut in urbem *Croiſil* Gallicæ Britanniæ, naufragio facto, ejectus eſſet, tum ferme ſemivivus humaniſſime exceptus ab inclito Marchione ASSERAT: in cujus gratiam ſingula-

gularem, quam habuit, methodum fatumque univerſi ſe tranſcripſiſſe, ab illo deinde magnifico donatum viatico cœptum iter in Hiſpaniam proſecutum eſſe. Accedit *Diſceptatio* P. YVONIS Pariſini Capuc. in Librum *de Fato*. Sparſus enim aliquando erat rumor, fuiſſe in Methodo ALLÆI multa contra religionem pugnantia; Dubia hæc YVO Pariſinus (vel potius idem auctor, ALLÆI enim nomen eſt fictum, IVONIS proprium & verum. Confer FELLERI Miſcell. Leibnitiana p. 154. ubi brevia ex Sorte auctoris excerpta præſtitit,) è medio tollit & librum per quæſtiones ipſas defendere annititur. Adſunt multæ tabulæ, quæ dependente a centro filo prædictiones determinant. Evolvimus theatrum fati à Doctiſſ. Arpe editum ſed fruſtra fuimus. Poſtquam hæc ſcripſi, incidi in rariſſimam F. DIONYSII Genuenſis Bibliothecam Capucinorum. Genuæ. 1691. fol. in qua p. 211. de YVONIS Pariſienſis vita & Scriptis prolixe cumulatimque agitur, a DIONYSIO ibidem vir cunctorum opinione inter illuſtriores Seraphicæ Religionis & totius ſuperioris Seculi merito recenſendus, & Galliæ Phœnix ſalutatur: Allegatur ejus *Fatum mundi ſeu totius Orbis horoſcopus. T. I. in fol. Rhedonis* 1656. & *Diſſertatio huc pertinens de Libro cujus Titulus eſt Aſtrologiæ nova methodus ad ampliſſimos viros Senatus Britanniæ Armoricæ. Pariſ.* 1659. T. I. fol. Vivebat adhuc, pergit

DIONYSIUS, in veneranda ſenecta, anno, quo hæc primo ſcribebamus, 1679. die 5. Martii & in Conventu Pariſienſi varia componebat opera: Sed non ita multo poſt Pariſiis obiit.

XV.

Invectiva cœtus feminei contra mares edita per magiſtrum JOHANNEM MOTIS Neapolitanen. ſancte Sedis Apoſtolice Secretarium. 4.

Sunt carmina latina non multo poſt prima typographiæ tentamina impreſſa, quæ laudem mulierum & honorem continent, clauditur tractatus paucarum plagularum hoc quaſi apophthegmate:

Qvattuor ſunt qve mulieres
 Summe cupiunt.
A formoſis amari juvenibus
Pollere filiis pluribus
Ornari precioſis veſtibus
Et dominari pre ceteris in domibus.

XVI.

ANT. le POIS Diſcours ſur les Medalles & graveures antiques principalement Romaines. Paris. Patiſſon. *M. D. LXXIX. av. fig.* 4.

Non tam freqvens utiliſſimi hujus tractatus impetrandi copia datur. LANGLETUS l. c. T. IV. p. 465. annotat; *Il ya des perſonnes, qui le recherchent avec une figure indecente, qui eſt à la fin de l'Ouvrage.* Accedunt omnino quatuor effigies in Sigillis antiquis inventæ, quæ figuras ſatis obſcœnas referunt, ſcilicet Mercurium, Priapum, Pomonam & Hermaphroditum. Has procul dubio reſpexit LANGLETUS. Quam erudite le POIS, a Latinis PISO dictus, Conſiliarius & Medicus apud Ducem Lotharingiæ, frater NICOLAI PISONIS Medici rem veterum numiſmaticam deſcripſerit ex enodatione vocis *Medalles*, rei nummariæ ſcriptorum recenſione, inventorum cudendæ monetæ narratione, notarum declaratione & imprimis nummorum ſubjunctorum explicatione à pag. 69. incipienti optime perſpici poteſt; elogium itaque, quo ipſum de la CROIX du MAINE *dans ſa Bibliotheque.* p. 20. ornavit, Diſcurſum ejus valde doctum & optime elaboratum nominans, jure meritoque tuetur, ut taceam MAMERTUM PATISSONIUM, qvi STE-

STEPHANOS æmulari nec infeliciter annitebatur, impreſſione nitida æque ac emendata præcipuum quoddam libro huic acquiſiuiſſe pretium. v. la CROIX du MAINE p. 304. l. c. Effigiem PISONIS exemplaribus quibusdam præfixam eſſe invenies additis verbis; *adhuc cęlum volvitur à PISO annos natus LIV.*

XVII.

OPTATI GALLI, de cavendo Schiſmate ad Illuſtriſſimos ac Reverendiſſimos Eccleſiæ Gallicanæ Primates, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Liber Paræneticus. M. DC. XL. 8.

Libello ipſi acceſſit:

Arreſt de la Cour de Parlement, par lequel il eſt ordonné, que le Libelle intitulé OPTATI GALLI de cavendo Schiſmate &c. ſera laceré & bruslé. Paris Seb. Cramoiſy. *M. DC. XL.* 8.

Eſt editio ſecunda, quam doctiſſimus Gallus GROS de BOZE Academiæ Inſcriptionum Secretarius & Cimeliarchi Regii in Gallia Cuſtos procuravit. Prima Pariſiis prodiit, licet Lugduni in titulo mentio fiat, prout annotatur à literatiſſimo MAICHELIO in Introductione de Bibliothecis Pariſienſibus p. 44. ubi brevem rariſſimi hujus libelli hiſtoriam communicavit, & inprimis ejusdem refutatores in anno-

annotationibus enumeravit. Cum vero libellus hic quamvis recuſus & per Belgas diſtributus noſtris in terris admodum rara ſit avis, repetita ejus recenſione lectori nauſeam creatum iri, minime putamus. Recenſionem libelli ejusdem SIMONIUS *dans les lettres choiſies.* Edit. Amſtelodam. p. 199. ſubminiſtravit, de raritate talia proferens: *ce petit livre n'eſt pas moins rare dans Paris que dans Rome. J'en ay cependant un exemplaire avec les 4. réponſes, qu'on y fit par ordre du Cardinal de Richelieu.* Cardinalis ARMANDUS Dux RICHELIUS Patriarchatus in Gallia ſtabiliendi conſilium clam ſumſerat, id quod tamen non diu admodum latere poterat illos, qui pro Summa Pontificis Romani poteſtate diligentiſſime vigilabant. Ex illorum itaque grege Presbyter quidam & Cancellarius Eccleſiæ Metenſis nomine CAROLUS HERSEN faſtuoſos Cardinalis conatus ſuffocaturus fictitio OPTATI GALLI nomine ab eodem adſcito, libellum, de quo nobis ſermo eſt, evulgabat, fratribusque ſuis aperiebat, quantum periculi Pontificiæ ſedi ab aſtutia Cardinalis immineret. Poſtquam enim pro iſtorum hominum more demonſtraverat, Eccleſiæ auctoritatem æque ac felicitatem à capite viſibili, eoque Papa Romano dependere, juxtaque Gallorum in Apoſtolicam ſedem ſtudium, quod in Hugonotis exilio datis præſtiterant, multum prædicaverat, gravi-

graviter invehitur in filium iſtum perditionis, (tanto elogio dignatur) qui defectionis à Sedis Apoſtolicæ obedientia Schiſma minaretur. Controverſias Regem inter & Papam ortas ita decidit, ut ea, quæ tum temporis Romæ acta erant, non ab URBANO VIII. tanquam ab Eccleſiæ totius Epiſcopo ſed tanquam Principe Politico profecta reſpiciantur. Diſtinctio ſimilis illi, quæ Abbatem curru vectum diſtingvit à pedibus eunte. Fratres denique ſuos adhortatur, ut omnes ſuas vires in antiquæ Gallorum in Romanum Pontificem devotionis augmentum impendant. Cardinalis RICHELIUS Paræneſin hanc æquo haud ferens animo PETRUM de MARCA in ſubſidium vocavit, qui etiam anno ſequenti Cardinalis juſſu publicabat *un Ouvrage ſur les Droits du Sacerdoce & de l' Empire v. Niceron Memoires pour ſervir a l' Hiſt. des hommes illuſt.* T. XII. p. 320. Sed prudentiores Cardinalem famæ ſuæ obſuiſſe judicabant, libellum enim ſine omni eruditionis apparatu conſcriptum leviterque elaboratum citius, ſi negligeretur, oppreſſum iri, videbant.
confer. SIMON. l. c.

XVIII.

XVIII.

Tractatus Theologo-Philoſophicus L. I. de vita II. de Morte. III. de Reſurrectione. Inſeruntur nonnullæ Sapientiæ veteris Adami infortunio ſuperſtitis fragmenta. Auctore *RUDOLFO OTREB, Anglo. Oppenheimii.* Hier. Gallerus *typogr.* Theod. de Bry. *Bibliop.* *M. DC. XVII.* 4.

Latet ſub hoc nomine ROBERTUS FLUD, ſeu ut vulgo vocari ſolet, ROBERTUS de FLUCTIBUS, Oxonienſis Med. D. & Armiger acerrimus Fraternitatis Roſæ crucianorum defenſor nec non Philoſophiæ Moſaicæ Sectator, qui eodem tectus nomine Apologiam pro fratribus ſuis Leidæ anno 1616. edidit. v. BAILLET *auteurs deguiſés,* Opp. T. V. p. 334. Edit. Amſt. & CELSPIRIUS de Anagrammatiſmo. p. 96. FLUDDUS pro more ſuo obſcure, ænigmatice, phanatice loquitur. Affectum ejus in Roſeæ Crucis fratres perſpicere poſſumus ex Cap. XVI. p. 65. noſtri tractatus, ubi eorum Scientiam admirabilem dicit & Parænefes ſuas ad fratres continuo dirigit p. 89. in ea opinione, quod corporis amor & concupiſcentiæ carnalis effectus fuerit cauſa lapſus Adami, per totum tractatum, eſt copioſiſſimus. Juvabit heic ex viri cujusdam ſummi doctiſſimis ſermonibus annotare, quod

quod BEVERLANDUS impudicus ille generis ſui admirator opinionem ſuam, de qua infra dicendi occaſio erit, ex OTREB depromſerit, licet doctorem ſuum tacuerit. ANTONIA BOURIGNONIA eandem in ſcriptis ſuis ingreſſa eſt viam, ingenii tamen portentum modo longe abſurdiori in lucem edidit, ſcilicet aſſerendo, Adamum loco pudendorum habuiſſe naſum. Riſum teneatis.

XIX.

THOMÆ CAMPANELLÆ Monarchia Meſſiæ. Æſii. Gregor. Arnazzinus. *M.DC.XXXIII.* 4.

Eſt liber omnium rariſſimus, a LEONE ALLATIO Operibus CAMPANELLÆ tum temporis adhuc, cum apes ſuas urbanas ſcriberet, ſperandis annumeratus; Etenim ALLATII ſcriptum, quo de viris illuſtribus, qui ab an. 1630. per totum 1632. Romæ adfuerunt & Scriptis inclaruerunt, agitur, lucem vidit Romæ anno eodem 1633. 8. Dicit itaque l. c. p. 240. Opera CAMPANELLÆ a nonnullis in IX. Tomis diſtingui, tertiamque Tomi V. partem conſtitui librum, Monarchiam Meſſiæ pro Juribus Pontificis & Principum agnoſcendis & retinendis, cui iunctum iri aliud volumen ad Principes de Monarchia Chriſtianorum inſtauranda. Utrius-

que

que vero cum mentio haud facta ſit à Summe Venerabili Theologo ERN. SALOM. CYPRIANO in Programmate de Philoſophia THOMÆ CAMPANELLÆ. Helmſt. 1700. 4. quod auctius poſtea prodiit in forma octava ſub tit. Vita & Philoſophia THO. CAMPANELLÆ. Amſt. 1705. 8. neque etiam à JO. BAPT. CAPASSO in Hiſt. Philoſophicæ Synopſi: Neap. 1728. 4. qui tamen in reliquis deſiderio noſtro apprime ſatis fecerunt; prolixiorem ejus recenſionem lectori curioſo impertimus: Duo adſunt tituli, quorum alter ſpecialior libri argumentum continet, uti ſequitur; "Compendium, in quo per Philo- " ſophiam divinam & humanam demonſtran- " tur Jura Summi Pontificis, Chriſtianorum " Patris & Capitis ſuper univerſum orbem in " temporalibus & ſpiritualibus, & jura Princi- " pum filiorum ac membrorum ſuper ſubditos " Populos mirabili quadam novaque ratione. " Item de' Juribus Regis Cattolici in alterum " Hemiſphærium contra adulantes & adver- " ſantes. " Campana etiam, quæ in titulo apparet, verbaque: *Et fiet unum Ovile, & unus Paſtor*, impreſſa in medio habet, ſignificat, tractatum de unitate Chriſtianorum ſub Papatu agere. Ridiculum omnino videtur doctiſſimo COLOMESIO, CAMPANELLAM à quibusdam gallico cognomine *Clochette* cognominari. v. *Bibliotheque Choiſie* p. 360. Dicatus eſt JO. BAPT. PALLOTTÆ Cardi-

C nali,

nali. Neque mirum, quod cum pene multis approbationibus Cenſorum Curiæ Romanæ prodierit, cum in ſingulis XVIII. capitibus, Papam ejusque poteſtatem ſummis extollat laudibus, Principibusque perſvadere allaboret, ſubjectionem Papæ R. præſtitam omnibus ſtatibus fore ſvavem ac utiliſſimam. Monarchiæ huic inſuper accedit Diſcurſus ſimilis argumenti; *Della Libertà & della felice ſuggettione allo ſtato Eccleſiaſtico del M. R. P. F. TOMASO CAMPANELLA in Jeſi.* Gregorio Arnazzini. M. DC. XXXIII. 4. ubi itidem perſuadere nititur, ſub dominio Papæ melius eſſe ſubditis, quam quovis alio ſub domino. Theſes enim, quas defendit, hujus tenoris ſunt 1) *Non trouarſi tanto ampia, nè tanto vera libertà in alcun ſtato di Monarchia, ne di Republica in tutto il Mondo, come e quanta è nel Papato.* 2) *chi è meglio; Sottoſtare all' Imperio Eccleſiaſtico: o vero al Secolare.* Ex quibus oppoſitiones elicit & reſponſiones ſuas ubique ſubjungit. Diſcurſum hunc notauit NIC. TOPPI in additionibus ad Bibliothecam Neapolit. p. 235. Excuſus eſt Aeſii Italis *Gieſi*, quæ urbs CAMPANELLÆ patria fuit & in ditione Eccleſiaſtica, Marchia ſcilicet Anconitana ſita eſt, de qua videſis MICH. ANT. BAUDRAND in Geographiæ T. I. p. 21. Et notatu omnino dignum eſt, quod JO. HÜBNERUS in Geographia ſua de Aeſio, neſcio qua auctoritate fretus, refert, Qvietiſtas propriam

qua-

quaſi ſedem quondam Æſii habuiſſe, à qua hæreſi, ſi recte rationes ſubducimus, non abhorruit ipſe CAMPANELLA. CAMPANELLÆ Monarchiam Meſſiæ, ubi prolixius de Papa ejusque dominio agitur, in MSto poſſedit Illuſtris G. G. LEIBNITIUS. vide FELLERI Supplementum vitæ Leibnitianæ.

XX.

BAPTISTÆ C. FULGOSI, Anteros. (in fine) *Impreſſum Mediolani per Magiſtrum* Leonardum Pachel *anno Domini* M. CCCC. LXXXXVI. *die X. Maji.*

Statim in principio poſt figuram ligno inciſam carmen ſequenti cum Epigraphe incipit: PLATINUS in *Anterota* illuſtris BAPTISTE C. FULGOSI ad Lectorem: Finem, quo ignitum FULGOSI ingenium commendatur, adponere liceat:

O me felicem, quem tantus nominat auctor
Sæpius in libro nec ſine laude ſuo.
Plenum fulgoris fulgoſum Gallia noſtrum
Nunc habet: o quantum Gallia lumen habet.

Prologus ita inſcribitur: BAPT. C. FULGOSI anterotis ad ſplendidum Equitem JOANNEM FRANCSICUM PUSTERLAM Liber primus. Perſonæ inter ſe colloquentes ſunt *Piatino* & *Baptiſta*. Amoris

indoles depingitur talis, quæ caſtiori animi affectui adverſatur; Ita enim explicat: *Per la qual coſa pare amor eſſere un deſiderio havero ſtrenato appetito con luxuria congionto, incitato dal ocio e laſcivia.* In libro II. perſona tertia accedit *il Claudio* & remedia amoris ex Patribus & Poëtis collecta præſcribuntur, unde tractatus etiam nomen ſuum ſortitur, qui lingva italica conſcriptus apoſtrophen ad Lectorem ſimul ſubjunctam habet, hujus fere argumenti: Queritur de Garrulorum Geneuenſium animo iniquo, qui ſtudium ejus ignaviam dicturi eſſent, imo exclamaturi, quid principi cum literis? quid militi cum literis? hiis tu, „ verba auctoris ſunt, ex me hæc reſpondeto: „ me adhuc adoleſcentem nondum bellicis la„ boribus principatusue curis intricatum hæc „ cudiſſe, temporisque illud uiſum ſatius ſtu„ diis, quam venationi aut ludo impertiri: ad„ dito etiam, quod C. CÆSARI, AUGU„ STO, ADRIANOve atque JULIANO „ compluribusque aliis præclaris principibus „ talia etiam in caſtris elucubraſſe ignominiæ „ non datur.„ Ut de editione noſtra duo tantum verba loquar, eſt pretioſiſſima & antiquiſſima; erraviſſet quoque hac in parte literatiſſimus NICERON, ſi *dans ſes Memoires* T. IX. p. 6. Mediolanenſem aliam an. 1469. excuſam voluiſſet, ſed ſphalma heic interveniſſe, conjicio: Ille cit. loco Verſionem Gallicam, cui acceſſit alia *du Dialogue de Plantes ſur l'Amour*

l'Amour, Pariſiis ſub tit. *Deux Livres du Contre-Amour de BAPTISTE FULGOSE*, anno 1581. in 4. prodiiſſe, meminit.

XXI.

FRANC. TUPPI, Parthenopæi, utriusque Juris diſertiſſimi ſtudioſiſſimique in vitam ESOPI fabulatoris lepidiſſimi, philoſophique clariſſimi traductio materno ſermone fideliſſima: & in eius fabulas allegoriæ cum exemplis antiquis modernisque finiunt feliciter. Impreſſæ Neapoli ſub FERDINANDO illuſtriſſimo, ſapientiſſimo & juſtiſſimo in Siciliæ Regno triumphatore. Sub anno Domini. M.CCCC. LXXXV. Die XIII. Menſis Februarii. fol.

Ex clauſula finali, quæ antiquis Codd. impreſſis loco tituli eſſe ſolet, libri rariſſimi notitiam impertimus. Etenim cum dedicatione ſequentem in modum factum eſt initium: FRANCISCO DEL TUPPO NEAPOLITANO ALLO ILLUSTRISSIMO HONORATO DE ARRAGONIA GAITANO, CONTE DE FUNDI &c. Deinde vita Lybiſtici (potius Phrygii) illius Fabulatoris ÆSOPI ſequitur, quæ latine & italice expoſita atque figuris ligneis effigiem variasque vitæ ipſius mutationes lepidiſſime depingen-

 tibus

tibus ornata folio quadrageſimo concluditur: Tum demum fabularum expoſitio utramque paginam facit, ubi ſequentem a TUPPIO diligenter obſervatum eſſe ordinem animadvertimus. Fabulæ figura ſiſtitur, quæ hodiernis eccleſiæ Romanæ ſectatoribus iram, nobis riſum vel potius commiſerationem brevem movere poſſit, tanta cognatione Romanorum & civium ſuorum mores Æſopicis luſibus reſpondiſſe TUPPIO viſi ſunt. Fabulæ cuilibet latina oratio apponitur, quam verſio italica excipit: Apologus, Tropologia, Allegoria & Confirmatio cum Exemplo veritatis moralis vindicant, magis illuſtrant & ad hominum tempore iſto viventium conditionem applicant. In exemplari, cujus perluſtrare folia mihi contigit, Monachi cujusdam olim poſſeſſoris lituras non unas deprehendi: nondum tamen omnes literarum apices adeo deleti, quin oculo in literis evolvendis pertinaci ſenſus verborumque ſtructura facili negotio patuerint. Verba itaque, quæ in Fabulæ XVI. de Vulpe & Corvo inſcriptæ manus invidioſa expungere ſtuduit, hæc fuiſſe colligo: *Litigando Paulo (ſecundo) allo conſiſtorio era la cauſa mano de uno reuerendo auditore Iſpano de anne & ſcientia repieno con grande integrita & cognoſcendo el ſummo pontifice non hauere juſticia la ſe ad quello che per ſua juſticia con el Papa litigaua & facta la juſticia & inteſa dal Papa per hauere perduto ſe-*

ne

ne dolſe & uno dipercaſo guardando l'auditore che contra de ipſo hauea pronunciato chiamato ad ſe cuſſi le diſſe. Reuerende pater, como huite vui hauuto tanto ardire de contra de me pronunciare che ſapite ſono dio della terra & hauendo me ſeruuto haueria habuti tanti modi, quanto el mare tene arreua ad reguardo e ſtata coſa, queſta de comper fare vui recognoſcerne che hauita errato & io farro tal demonſtratione de queſto che ſe uedera. Alter locus, quem credo, Monachi impreſſum ſaltim in Italia nollent, in Fabula XLIII. quæ de Leone & Paſtore agit, & quidem rurſus in confirmatione legitur. Ibidem animus HONORII III. Papæ ſordidiſſimus vivis, quod ajunt, coloribus depingitur, utpote qui FRIDERICUM II. Imperatorem excommunicatione facta eo adegerat, ut iter in Palæſtinam maturaret: Spatium ſic leoni avaro & paſtori rapaci relinquebatur, quo ipſe ejusque ſucceſſor nonnulla Germaniæ loca ſurripere ac in monaſteria transferre poterant, eaque præter Imperatores expeditionibus cruciatis frequenter inſtitutis defatigari & doloſe interfici poſſe, a majoribus edocti easdem FRIDERICO II. inſidias ſtruxerunt, cujus rei teſtis omni exceptione major ſit TUPPIUS noſter: *El Papa,* inquiens, *eſſendo uenuto propoſito fare le attrapare in mano de ſoi inimice & infideli &c.* Editionis hujus antiquiſſimæ & rariſſimæ mentionem fecit ἱερὸν rei litterariæ ἔρνος Cl.

MAITTAIRIUS annalium Typographicor. T. I. p. 471. Edit recent. an vero FRANC. TUPPI *Vita Aeſopica fabulæque italice tranſlatæ additis allegoriis. Aquilæ* 1493. fol. prodierint? explorato haud conſtat. v. Cel. JO. ALB. FABRICII Bibliotheca Græca. T. I. L. II. c. 9. p. 401.

XXII.

JO. FRANC. RAUCH, Diſputatio Medico-Diætetica de aëre & eſculentis. Viennæ Auſtriæ. Jo. Bapt. Schilgen. *M.DCC.XXII.* 4. *p.* 36.

Auctor Philoſophiæ & Med. Doctor, ejusdemque apud Viennenſes in Theoreticis Prof. Pub. Primarius & ordinarius, nec non Academiæ Imperialis Leopoldinæ Collega *Tarixenes* dictus paucos ante annos adhuc in vivis fuit. Diſputationis hujus Cap. I. agit de aëre, ubi ventorum ſalubritatem examinat. Cap. II. de cibis in genere. Cap. III. de cibis in ſpecie, ſcilicet de pane multiplici, leguminibus, pomis, uvis, fruticibus &c. tractat, & p. 22. §. XXXII. inter exotica, quibus gulam mulcent & ſtomachum decipiunt Europæi, refert *Cacau,* & potum inde præparatum; " omnium exoticorum fructuum vel " jure accedit *Cacau,* cujus nuclei ſaporis ſub-" amari valde nutrientes, ventriculoque frigido

gido proſunt, ex his fit potus dictus *Chocolatha,* admiſtis nempe quibusdam aromatis ſaccharoque, gratiſſimus Venerem ſtimulans; Hinc vel ſtoliditatem vel hypocriſin cognoſces Monachorum, qui ob abundantiam ſucci nutritii, ut ajunt, Veneris pabulum à carnibus devotionis gratia abſtinent, largo nihilominus chocolathæ potu ſeſe ingurgitare minime ſibi vitio vertentium " Habes hic teſtimonium de laſcivo Monachorum otio, quod ſi Proteſtantium quiſpiam oculorum ſuorum experientia etiam doctus ita pronunciaſſet, certe mendacii aut calumniæ culpam apud monachos, qui ſingulari caſtitatis ſuæ dono vulgo imponunt, amovere vix potuiſſet: quum autem vir eruditus in ipſo Pontificiorum gremio natus & educatus hæc aſſeruit, eo minus verbis ejus fides deroganda eſt, quo minus religionis ſuæ ſtatoribus injuriam feciſſe, videri poſſet. Quam graviter autem monachi verbis iisdem, quæ Diſputationi huic raritatis pretium attulerunt, offenſi fuerint, exinde clarum eſt, quod Diſputationem memoratam cum ſequenti, quam mox ſubjiciemus, ſuppreſſerint. Sequuntur adhuc duo Capita, quorum alterum de Carnibus & partibus animalium in genere, alterum & ultimum de carnibus animalium in ſpecie comedendis agit.

Ejusdem, *Diſputatio de Potulentis. Ibid.* M.DCC.XXIV. 4.

Continuat argumentum, & proinde Cap. VI. de Potu, §. XVI. de vini abuſu animi ſui ſenſa expoſiturus ſequentia verba, quæ monachis itidem non potuerunt non diſplicuiſſe, interponit: "Sic vina Romanis mulieribus "legibus merito interdicta erant: Legitur "quoque in ſacro Codice, quod votô Daniel "Propheta, Rechabitæ & ſacerdotes in veteri "teſtamento munere ſuo in templo fungen-"tes a vino abſtemii fuerint, quæ conſvetudo "in Eccleſia moderna ad evitanda graviſſima "quotidie ſcandala introduci mereretur." Utramque Diſſertationem haud facile parabilem eſſe, experientur illi, qui rariorum opuſculorum cupiditate tenentur.

XXIII.

CORIOLANI MARTIRANI Epiſtolæ familiares. Neap. M.D.LVI. 8.

De MARTIRANO Coſentino vid. NIC. TOPPI *nella Bibliot. Napoletana.* Nap. 1678. fol. p. 67. & *nell' addizioni* p. 63. ubi ejus ſcripta Comœdias & Tragœdias Neap. 1556. 8. aliaque recenſet. Ex Epiſtola quadam p. 20. extante perſpicimus, MARTIRANUM cauſſarum patronorum fuiſſe, p. 45. loquitur de itineribus ſuis ex Hiſpania in Italiam factis. ad-

adjunguntur aliquot aliorum Epiſtolæ e. g. ANT. GUIDONIS, qui CORIOLANI ſcientiam in latina & græca lingva laudat, & poſtquam Epiſtolas ejus totas Atticas pronunciavit, verſiones Græcas etiam ex Euripide, Ariſtophane ac Homero admiratus, porro p. 52. ait; " Scripſiſti præterea *Chriſtum* tragœdiam; Dì boni, quam grandi & quam gravi figura dictionis." Si excipias, quod de ÆSIANDRO MARTIRANUS refert, eum ſcilicet GALENI librum περὶ ἀποδείξεως primo in Germaniam aſportaſſe, nihil memoratu dignum reſtabit.

XXIV.

Chaos del Tri per uno, con privilegio. Vinegia. Giou.Antonio *& fratelli da* Sabbio. *M.D.XXVII.* 8.

In titulo libelli legitur ſequens Diſtichon:
Unus adeſt triplici nomine vultus in orbe
Tres dixere chaos: numero Deus impare gaudet.

Argumentum fere totum eſt Theologicum verſibus Italicis expoſitum. Ex judicio P. NICERON: *C'eſt un Dialogue de trois ages, qui n'eſt Macaronique qu'en partie v. Mem. pour ſervir a l'Hiſt. des hom. illuſt.* T. VII. p. 1. ſeq. qui Dialogi hujus auctorem THEOPH. FOLENGO Monachum Benedictinum, civem

vem Mantuanum eſſe indicat, eundem nimirum, qui ſub nomine MERLINI COCCAI *Macherronea* edidit. v. CAJET. GIARDINA de recta methodo citandi authores & authoritates; Panormi 1718. 12. p. 145. Dividitur libellus in Sylvas tres, quarum argumenta in prologo per Dialogum exponuntur. Et quantum mihi ex Sonnettis Italico & nimis ſublimi ſermonis genere ſcriptis percipere licet, de vita, de morte hominis naturali & ſpirituali & denique de vita ſpirituali ea ratione agitur, ut ſemper ad marginem auctorum profanorum æque ac patrum teſtimonia & ſæpius tantum verba, quæ eo pertinere videntur, adferantur. Summam totius argumenti ipſe ſequentibus incluſit diſtichis. Qvorum errores in quantitate Syllabarum commiſſos quilibet arte poëtica vel leviter tinctus facile animadvertet.

Tres ſumus vultus tum animæ tum corporis, iſte
Naſcitur, ille cadit, tertius erigitur.
Is legi paret naturæ, Schismatis ille
Rebus, evangelico poſterus Imperio
Nomine ſub ficto Triperuni cogimur iidem
Infans & Juvenis virque ſed unus ineſt.

Quælibet ſilva incipit titulo novo & figura ligno inciſa; poſt titulum tertium extant verba; Magnanimus templum hoc Muſis (FRANCISCUS) GRIFALCO locavit. In fine

ſine ſicuti etiam in Silva II. diverſa Epigrammata idiomate latino ſcripta reperiuntur, quæ MERLINI nomen præ ſe ferunt, genusque ſcribendi Macaronicum ipſi familiare oſtendunt.

XXV.

JO. CINELLI & ANT. MAGLIABECHI Vitæ. Fori Ubiorum. M. DC. LXXXIV. 4.

Eſt Satyra, in qua acerbiori ſane dicendi genere in doctiſſimorum duorum Italorum vitas, mores atque ſtudia invehitur Anonymus utriusque famæ infenſiſſimus. Incipit a CINELLO, Patricio Florentino Medicinæ Profeſſore. Poſtquam eum Florentiæ natum eſſe, dixit, in ſequentibus fata, quibus ſeſe petulantia ſua expoſuerit, deſcribit; "mendicum, inquiens, fames eliminavit Florentia, " paternam deſerens caſam, Neapolim con- " ceſſit, remeavit tandem Florentiam, ubi ſta- " tim hiſtrionum in conſvetudinem ſe dedit, " a qua extincti patris familiaris amicus pre- " cibus, ſvaſu, minis avulſit, Piſasque adire " coëgit, proprioque ære ipſi, quam non ac- " quiſiverat, Doctoratus lauream comparavit; " hinc ex mendico factus Medicus, ſpectacu- " la ut amoris expleret, filiam aromatarii cu- " jusdam, JULIAM nomine in conjugem " aſſequutus nil aliud recepit dotis, venuſta- " tem præter atque pudorem, hæc p. 7. pluribus

bus perſequitur, usque ad p. 8. ubi CINELLUM Medicinam parum nihilque exercuiſſe, Libero, Venerique indulſiſſe, ſuis non proſpexiſſe, palam ediſſerit. Tum ad MAGLIABECHIUM procedit, cujus ingenium pariter ac corporis qualitatem vivendique rationem ſalſe perſtringit p. 10. " Corporis de-
" formitatem MAGLIABECHIUS excoluit
" nunquam, auxit ſemper, nam luto incruſta-
" ta facies, barba hiſpida, & ſupercilia, incom-
" pti ac male tonſi capilli, obſoleto tecti rimo-
" ſoque pillo, cænoſæ manus, fœdi ungves &
" impares, os lucii piſcis inſtar, (cujus dentes
" tetra ſquallent rubigine) usque ad aures fere
" hians, perditorum illius morum efferunt do-
" micilium. p. 11. Florentia patria fuit ex ge-
" nitore Cerdone, avia monialium ancilla - -
" - - quæſtu pingviore allectus aurificinæ ſe
" addixit, in qua auri tantum cupidum fieri,
" illudque ſacra fame exoptare mirum in mo-
" dum didicit, anulos, monilia vel alias hujus
" generis merces concinnans, libros hinc in-
" de commodatos præ oculis habebat, quo-
" rum inſcriptiones ſedulo memoriæ manda-
" bat. Et equidem MAGLIABECHIUM
" noſtri ſeculi memoriæ monſtrum appel-
" lare tenemur, nam eorum, quæ ſemel per-
" cepit, nunquam oblitus eſt. p. 12. Qui diu
" cum MAGLIABECHIO morantur, de
" eo inquiunt, ſane inter bibliopolas do-
" ctus, inter doctos bibliopola; Nominum
" lon-

longa lataque cella eſt, rerum curta & an- "
guſta ſupellex. p. 13. unum ne verbulum "
quidem latinum proferre audet, - - - - - "
Eorum, qui breviori temporis ſpatio illum "
vix deguſtarunt, mollibus verbis, blandimen- "
tis aſtutis, fraudulento riſu, collo mox in u- "
num, mox in latus alterum flexo, humilita- "
tis perſona verſutiam obvelans adeo animos "
occupat, ut ſumma ipſius exiſtimatione in "
patriam revertantur. p. 14. Epiſtolas accepta- "
re indignatur & reſpuit ſi illuſtriſſimi obſi- "
gnationem non teneant - - - Propria ma- "
nu exaratos, ut plurimi inſpexerunt in ex- "
emplari ſceleratiſſimi libelli illius inſcripti, "
Della Libreria volante di GIOV. CINELLI "
Scanzia quarta, cujus auctor legitimus "
MAGLIABECHIUS eſt, titulos ſibi addicit "
Illuſtriſſimi & clariſſimi viri, Sereniſſimi Ma- "
gni Etruriæ Ducis Bibliothecarii, ingeniorum "
Phœnicis, ſcientiarum monſtri. Tu Phœnix, "
tu monſtrum? nil te Phœnicis decet præter "
rogum, non radiis ſolaribus ardentem ſed "
carnificis manu, non odorum ſed fœtidum, "
non ut reviviſcas, ſed tecum unà turpiſſimi "
homunculi pereat memoria." Hæc & mul-
to diriora coacervantur dicteria, non tamen
diffitemur, plurima, ſi conferas, quæ alibi
dicta ſunt ab aliis, veritati con-
formia eſſe.

XXVI.

XXVI.

GIOV. BATT. NATOLINI, Diſcorſo intorno l'arte della ſtampa. Udine. l'Autore. M. DC. VI. fol.

Artem Typographicam a JO. GUTENBERGIO anno 1442. Moguntiæ inventam & anno 1458. vel 65. in Italiam transportatam eſſe, ſcribit; Eam divinæ inſpirationis opus fuiſſe ex hieroglyphica Nominis *Magoncia* evolutione & porro inde, quia primum Romam fuerit translata, probare ſatagit. Laudat deinde Typographiam, atque fautores, qui divinæ huic arti in Italia aut alibi contigerint. Inprimis hac occaſione meminit præceptoris ſui NICOLAI BEUILACQVÆ, qui, ut artem typographicam Auguſtæ Taurinorum exerceret, annua 500. Nummorum (ſcutorum) aureorum ſtipendia acceperit, alia etiam exempla magis inſignia adducit. Brevem poſtea civitatis Udinenſis hiſtoriam ſuppeditat, patriæque ſuæ gratulatur, quod typographiæ beneficium ipſi a prima ſtatim origine conceſſum fuerit, opera inſuper recenſet potiora, quæ ex officina Udinenſi prodierunt. PAULUS V. Papa ipſi eo nomine eſt charus, quod typographiam Arabicis, Syriacis & Ebraicis characteribus bene ornatam primus Romæ inſtituerit. Inter claros typographos LIPPAROLOS Neapolitanos, VESCO-

VESCOUOS, MANUTIOS, JUNTAS, ASCOLANOS, SCOTOS PAGANINOS, PLANTINOS, ACCOLTOS SANSOUI-NOS aliosque plures nominavit. Opuſculum eſt rarum, omnibusque illis, qui hoc in argumento verſati ſunt, hactenus incognitum.

XXVII.

Oeuvres de BERNARD de BLUET DAR-BERES Comte de Permiſſion, M. DC. M. DC. I. ſeq. 12. av. fig.

Erat morio in aula Regis HENRICI IV. ſomnia ſua ſchedis fugitivis Lutetiæ Pariſ. publicavit, quæ collectæ volumen ſatis ſpiſſum conficiunt, major exemplarium numerus haud integer reperitur, hoc, quod nobis ad manus fuit, integrum exiſtit, nempe cum figura fœminæ nudæ phallis alatis undiquaque circumditæ, quæ in reliquis deſideratur. v. Lettres de BAYLE. T. II. p. 621.

XXVIII.

Hiſtoire de l'Imprimerie & de la Libraire ou l'ont voit ſon origine & ſon progrés jusqu'en 1689. diviſée en deux Livres. Paris. Jean de la Caille. M.DC.LXXXIX.

4. c. f. æ.

JEAN de la CAILLE Bibliopola Pariſienſis Hiſtoriam hanc typographiæ ſed non ordinate ſatis digeſſit, prout jamdudum a PROSPERO MARCHANDO obſervatum eſt. v. celeb. STRUVII Introd. in notit. rei literariæ. Edit. 1729. p. 900. Exemplar, quod in Bibliotheca quadam præſtantiſſima inſpicere nobis permiſſum eſt, erat ex pauciſſimis illis exemplaribus, quibus plagulæ aliquot, quæ in ceteris deficiunt, ſine paginarum numero ſed aſteriſcis notatæ interiectæ fuerunt. Titulus itaque nihil differt ab exemplaribus reliquis, at vero ſtatim p. 3. ſermo prolixus de Bibliothecis veterum connectitur cum cuſtode eiusdem paginæ, & per quatuor folia continuatur; Ibidem de Bibliotheca SALOMONIS, quæ domus ſapientiæ dicta eſt, aliisque Judæorum Archivis & Bibliothecis, in quibus ESDRAS & NEHEMIAS monimenta ſua æque ac Regum privilegia depoſuerunt ſecundum Maccab. Cap. II. v. 13. 24. & 25. diſſeritur. Pergitur inde ad reliquarum gentium Bibliothecas, ſcilicet Egyptiorum, Perſarum

&

& Græcorum, quos inter ALEXANDER M. propter bibliothecam opulentiſſimam, cujus curam ARISTOTELI demandavit, celebratur; Sequuntur Bibliothecæ Aſiaticæ & Africanæ, atque præſtantiſſimis earum recenſitis, inſeritur; *Modele pour ranger une Bibliotheque & la Maniere d'en faire le Catalogue.* Porro *p.* 5. ubi de *Speculo hiſtoriali in Conſuetudines Pariſienſes* ſermo incidit, de Breviariis MStis veterum, eorum poſſeſſoribus & duratione usque ad impreſſionis principium varia notatu digna interponuntur. Refutatur SPONDIUS, qui in continuatione BARONII Typographiæ inventionem Sinenſibus tribuit; Judicatur de ſcriptoribus, qui Argentoratum artis hujus inventricem aſſeruerunt, id quod MENTELIUS fecit contra MALINKROTUM. Nec minus præſtantes ſunt effigies primorum artis Typographicæ inventorum JO. GUTTENBERGII & JO. FAUSTI ſive FUSTH, quæ alias deſiderantur. Exemplar tale, cujus notas jam dedi, admodum eſt rarum, ſiquidem plagulas illas, quas interpoſitas eſſe dixi, decies tantum excuſas fuiſſe, pro certo mihi relatum eſt.

XXIX.

APOLLONII VERIDICI Catalecta Petrulliana ſive Poëmata ſelecta, lectu jucundiſſima Amſtelæd. ex officina Menandri. M. DCC. X. 8.

Inter Satyrica hæc carmina, quæ PETRI BURMANNI magni hodie Critici laudes examinant vitiaque perſtringunt, maximam omnino partem conficiunt iſta, in quibus ejusdem amores impudentiori quidem Satyra omni ſpurcitie & laſcivo ſermone refertiſſima decantantur. Huc etiam pertinent ſcripta ſequentia ejusdem fere argumenti:

Conſpiratio Medico-Voëtiana in PETRUM BURMANNUM. 12.

Conſpiratio Medico-Voëtiana detecta ſive Pietas Bnrmanniana. 12.

Sunt duo carmina genere Sapphico ſcripta, in quibus omnis amaſiarum cohors detegitur.

Proces geventileert voos den Ed. Gerechte van Utrecht tuſſchen den Heer Petrus Burmannus *in cas van Injurien contra den Heer* Daniel Voët, *Roterdam. Pieter de Vries.* 1711. 8.

Proces geventileert voor den Ed. Hove van Utrecht tusſchen Dina van Spangen wed. van Jan *van* Woudenberg *als Mæder en Momberſſe over hare onmondige Docter Dina*

van

van Woudenberg, contra Petrus Burmannus. *Leeuwarden. Eyma Bonnema* 1709. 4.

Byvœgſel tot het Proces van Petrus Burmannus *ofte Antwoord van DAN.*Voet, *Gedaagde tegen Willem Cock, en Huyſvrouw Maria Waart-Eyſchers.* 4.

De Gewaande Weuwenaar met het Bedroge Kermis-Kind. Blyspel. 4.

Catalogus van eenige raare Boeken en Manuſcripten nevens verſcheyde fraaye Rariteyten van Petrus Burmannus. 4.

Vroomaards ernſtige aanſpraak tot Syn Buurman *Ritſaard.* 4.

Zielwekker of Deugdenſpoor voor Petrus Burmannus *oves des ſelfs Misval, nevens de afbeeldinge van* Franc. Burmannus. 4.

Een verzagtend zalfje op de ſmerteliike wonde van Pieter Burman. 4.

Eſſay de Correction Fraternelle & Chreſtienne addreſſée a Pierre Burman *convaincu par ſes Satires & Libelles diffamatoires. La reputation des perſonnes de tout état & particulierement de l'auteur de ce Livre Mr.* Pierre *de la* Fontaine, *WICARD. Sumptibus autoris.* 12.

Idem auctor BURMANNO pro Prigritia anno 1702. verba facienti oppoſuit orationem academicam pro diligentia ſcriptam, & anno 1705. editam.

XXX.

Liber Conformitatum Vitæ P. Franciſci ad vitam Domini noſtri JESU CHRISTI. Mediolani. Gotardus Ponticus. *M. D. X. fol.*

Editio hæc eſt prima atque non caſtrata, duplici de cauſa proinde omnium rariſſima evaſit. In titulo leguntur verba ſequentia ſupra figuram ligno inciſam, quam explicant, impreſſa: *Franciſce ſequens dogmata ſuperni creatoris tibi impreſſa ſtigmata ſunt Chriſti Salvatoris.* Inſcribitur PAULO BALSAMO, RAPHAELI de VARISIO, DIONYSIO de LEONARDIS de Novaria & HIERON. BATTALIE. Præfatio, quam FRANCISCUS ZENO Mediolanenſis compoſuit, de auctore ſic tradit: "*BARTHOLOMEUS PISANUS*, (non *Albiſius* ſicuti WADDINGIUS " in ſcriptoribus ordinisMinorum.p.48.ignora- " uit) *vir* (*ut verbis utar, quibus aliquando uſus* " *eſt CICERO*) *haud magna cum re ſed plenus* " (ſcilicet ſuperſtitioſæ) *fidei.*" In fine de libri impreſſione docemur: *Impreſſum Mediolani per* Gotardum Ponticum, *cujus officina libraria eſt apud templum Sancti Satyri. anno Domini M. D. X. Die XVIII. Menſis Septembris.* Itaque in anno deſignando mihi erraſſe videtur WOLFFIUS T. I. Lection. memorabilium Centen. XIV. p. 621. Mediolanen-

ſem

ſem impreſſam an. 1511 apud S. Satyri templum finitam adlegans. Omni enim procul dubio Editionem noſtram per GOT. PONTICUM vel de PONTE anno 1510. excuſam innuit, cujus officina ad templum S. Satyri fuit. Locus memorabilis, quem ſolum in ceteris omnibus editionibus omiſſum eſſe, alii ſcripſerunt, extat fol LXXII. Lib. I. huiusque tenoris eſt: *In Aprutio iacet Fr. Franciſcus. Iſte dicendo miſſam reperit in ſanguine Xpi in calice araneam: & nolens araneam ſanguine Xpi intinctam extra proiicere calicem cum aranea bibit. S3 poſt Fr. ipſe fricans crus & ſcalpens, ubi pruritum ſentiebat: ipſa aranea ſine fris leſione aliq. a crure exivit.* Plane incognita fuit editio hæc rariſſima HENR. SEDULIO, qui in præfatione, quam Apologetico ſuo adverſus Alcoranum Franciſcorum pro Libro Conformitatum. Antv. M. DC. VII. in fol. edito præmiſit, nullam ejus mentionem iniicit, cum tamen ibidem de auctoribus & titulo Alcorani Franciſcanorum, itemque editionibus variis ac verſionibus ex inſtituto egerit. Proſtant autem duæ adhuc editiones; altera *Mediolanenſis* in ædibus ZANOTI CASTILIONEI anno M. D. XIII. in fol. excuſa, quæ locum memorabilem ſupra adductum totidem verbis exhibet fol. LXIII. & in eo tantum ab editione antiquiori diſcrepat, quod literis Gothicis impreſſa eſt: altera BONONIENSIS, cujus titulus ſequens eſt:

L..er aureus inſcriptus Liber Conformitatum vitæ Beati ac Seraphici Patris Franciſci ad vitam JESU CHRISTI Domini noſtri: denuo editus a JEREMIA BUCCHIO, Utinenſi, Sodali Franciſcano, lucubrationibus illuſtratus: acc perbrevis hiſtoria omnium virorum, qui in Franciſcana Religione excelluerunt. Bononiæ. Alex. Benatius. M.D.XC. fol. pag. 330.

Præter locum citatum, cujus verba quædam: *Sed poſt frater ipſe fricans - - - crure exiit:* fol. LXXXV. col. 3. reſecta vidi, longe plura, collatione accurata inſtituta, deeſſe, monſtrare poſſum. Perrexi legendo & pag. 86. ubi de provincia Apuliæ agitur, verba ſequentia omitti, notavi: (Franciſcus) *ſeptem annis panem non comedit.* Porro legendo regreſſus fol. 38. col. 4. Lib. I. fruct. 5. offendi talia: *Super quo ab uno reprehenſus ex ſociis, cur tanto gaudio lætaretur, reſpondit viva voce: quid putatis de me? Adhuc adorabor per totum mundum.* Addo locum tertium fol. 48. col. 2. Parte II. fruct. VI. omiſſum ubi marginalia; *Quid de ſe ipſo ſentiret B. Franciſcus?* Mendacium, cujus BUCCHIUM omnino pudere oportuit, hujus tenoris eſt: *Sed quid de ſe ipſo ſentiret frater Pacificus, cujus tunc ſocius fuit, expertus. Cum enim beatum F. dimiſiſſet, ejus juſſu deſerto & ipſe beatus F. in Eccleſia remanſiſſet S. Petri de Bovario juxta caſtrum trivi:*

trivi: per totam noctem ibi pugnas horribiles dæmonum ſenſit: Mane autem ad eum frater Pacificus reverſus invenit beatum F. ante altare orantem. Cumque & ipſe ſe orationi dediſſet, & ferventiſſime oraret, elevatus eſt & raptus in cœlum ſiue in corpore ſiue extra corpus, ſolus Deus nouit. Et vidit in cœlo multas ſedes, inter quas vidit unam eminentiorem aliis atque præ omnibus glorioſius fulgentem & ornatam omni lapide precioſo. Et admirans eius pulcritudinem cœpit cogitare, cuius eſſet? Et ſtatim audiuit vocem dicentem ſibi: Hæc ſedes fuit Luciferi & loco eius ſedebit humilis Franciſcus. Et in ſe reuerſus ſtatim b. Franciſcus ad eum exiuit. Cumque per viam de Deo loquerentur, frater Pacificus viſionis memor incepit inquirere a beato Franciſco, quid de ſe ipſo ſentiret? &c. Ex his proinde ſatis liquet, quanti Editiones Mediolanenſes æſtimari debeant. Plures inveniri fere dubito, nec Venetiis unquam prodiiſſe, legi, ſicuti ſibi perſuaſit MENAGIUS *Menagianorum.* T.IV. p.59. Levem errorem erravit *de la ROQUE,* editionem primam Mediolani an. 1510. in 4to impreſſam eſſe aſſerens, librum enim, quem *very ſcarce* appellat, a ſe haud viſum eſſe fatetur. v. *Memoirs of Literature. Lond.* 1711. fol. p. 234.

Librum Conformitatum in nuce quaſi exhibuit ERASMUS ALBERUS V.D. Miniſter Brandenburgicus, (conferantur Relationes in-

nocuæ ad an. 1717. & an. 1718. in quibus ſcilicet de editione Germanica: *Der Barfüſſer Münche Eulenſpiegel und Alcoran.* Vit. 1542. 4. ſatis ſuperque dictum eſt.) cui ſe deinde CONR. BADIUS adiunxit, atque excerptum ſuum una cum ALBERI ſumma in gallicum idioma translata, Geneuæ anno 1560. 8. typis exſcribi curavit, quæ quidem omnia ab auctoribus relation. innocuar. loc. cit. prolixius tradita fuerunt. Loco etiam ſatis opportuno ſimul meminiſſe iuuat editionem omnium nouiſſimam, quæ Amſtelodami duobus tomis cum figuris per B. Picartum elaboratis anno 1724. in 12. prodiit. Quam tamen non quidem raram mittimus & ad excerptum pergimus quod anno XLIII. in 8. editum eſt ſequenti cum tit:

Alcoranus Franciſcanorum, id eſt, Blaſphemiarum & nugarum Lerna de ſtigmatiſato Idolo, quod Franciſcum vocant, ex Libro Conformitatum.

Verſiculus Franciſcanorum. Franciſcus eſt in cælo. Reſponſo. Quis dubitat de illo? Antiphona. Totus mundus.

Poſt præfationem, quæ in Editionibus Gallicis ſub tit: *Alcoran des Cordeliers,* extat, ſtatim excerpta ipſa ex edit. Mediolanenſi prima facta incipiunt, notæ & marginalia adiiciuntur, quæ argumentum partim indicant partim refellunt. Liber plenus probrorum & blaſphe-

phemiarum hunc in modum commendatur, quod ſane mereatur, ut in templo etiam Priapi imprimatur. Excerpta ex Legenda b. Franciſci & ex breviario Franciſcanorum ſeparatim adduntur. Claudit præfatio MART. LUTHERI verſioni germanicæ juncta, in qua de Lutheranis ad fidem libro tam fœtido faciendam coactis, de aliis, qui ad libri eloquia hæſitabant, in ignem coniectis nec non de libro conformitatum loco Evangelii habito & de Franciſco Chriſtianis loco Chriſti obtruſo, mira & abominanda narrantur. ALBERI præfatione ſimul poſthæc adpoſita, impreſſionis nota hæc legitur: *Francophurdiæ ex officina PETRI BURBACHII.* an. M. D. XLII. & denuo *Dauentriæ*. Columbius. 1651. 12. Verum enim vero quamvis PISANI fœtus cenſura, prout meruerat, vehementiſſima a noſtris exagitaretur, non tamen catulo ſuo, qui lamberet, derelictus eſt, eo enim dementiæ ſe agi paſſus eſt JOH. BAPT. THIERS, ut anno M. DC. LXXXIII. Diſſertationem gallica lingua emitteret de Inſcriptione ſuper portam Conventus Franciſcanorum Durocortori Remorum extante: *Deo Homini & Beato Franciſco utrique Crucifixo.* Quotusquisque ſole meridiano tam cæcutiens eſt, ut non perſpiciat, παράλληλα iſta ex turpi ſceleratiſſimi libelli veneratione fluxiſſe. conf. *de la ROQUE Memoirs* l. c. Nec difficile fuiſſet JO. JAC. WAGNERO alium, quam Conformitatum

Lu-

Lutheri titulum concionibus ſuis aptum invenire, imitatione enim tali abſtinuiſſe ſatius eſſet. v. Celeb. JO. ALB. FABRICII Notitia ſcriptorum de Luthero. p. 922.

XXXI.

GIOV. BOCACCIO, Il Decamerone, ed. da PAOLO RAOLLI, conforme all' ediz. del M. D. XXVII. *Lond.* M. DCC. XXV. 4.

Nuovamente corretto & con diligentia ſtampato. T. I. II. Lond. M. DCC. XXVII. 4.

Editio, quæ anno M. D. XXVII. in 8. maj. prodiit, & ad cujus exemplum RAOLLIUS ſuam imprimi curavit, optima habetur ut & rariſſima. v. *de la CAILLE, Hiſt. de l'Imprimerie.* p. 43. & NEGRI, *Iſtoria degli Scrittori Fiorentini,* qui reliqua ejus ſcripta ſollicite commemorat. Nec doctiſſimus RAOLLIUS heic opera ſua defuit, quippe qui in præfatione ſua Editiones & Verſiones Libri *il Decameron* nuncupati diligenter collegit & æſtimavit. Germanicæ, quam ille omiſit, Verſionis titulum nos ſubjungimus: *DUCENTO NOVELLA; Zwey hundert neuer Hiſtorien, welche von dreyen Männern und ſieben Weibern, ſo zu Florentz ein groß Sterben geflohen, zuſammen geredet. Durch JOHANNEM BOCCATIUM beſchrieben; Jezo aber aufs*

neu

neu überſehen und mit 100. *Hiſtorien vermehrt. Franckf.* Jo. Gottfr. Schœnwetter. 1646. 12. pagg. 980. Hac verſione XV. itinera continentur, & præfamen deeſt: Locus de *Maſſetto* pag. 189. extat, quem ut omiſiſſet translator optandum eſſet. Ceterum ita judicamus, verſionem ab obſcuritate, qua italicæ linguæ imperitus Italum civium ſuorum more ſuperbe incedentem deprimit, laudem fortaſſis mereri, cum propter loca, quæ pietatem & pudorem infeſtant, perſpicue tradita & inconſiderate inſerta interpres carbone notandus eſſet, niſi nomen celaſſet. In reliquis, quæ proſtant, Editionibus paſſim deſiderantur nonnulla, quam ob cauſam, editio omnium prima Florentiæ 1516. in 8. & 4. apud Phil. Juntam & Gregorium de Gregoriis excuſa non tam inſigni apud eruditos pretio gaudet, quamvis duas iſta comprehendat Novellas, quæ in editione rariſſima decennio poſt impreſſa haud inueniuntur. v. *BAILLET, Iugemens des Savans*. T. II. P. I. p. 336. De editione nova Neapolitana an. 1718. 8. evolvatur Bibliothecæ Fabricianæ Pars VI. p. 117. Quantam Itali laudem auctori huic tribuant propter dignitatem patrio ſermoni vindicatam, tanto vituperio dignus eſt, ſi decorum pariter ac Religionem ab ipſo graviter violari ſpectes, id quod etiam Pontificiis valde diſplicuit, prout ex Catalogo Hæreticorum Romæ conflato 1559. cum annotationibus VERGERII. 1560. 8. p. 15. patet,

patet, ubi de JO. BOCATIO ejusque Decamerone diſſeritur, nonnulla etiam proferuntur, quæ Papa non poteſt ferre in BOCATIO. Cum qua cenſura apprime convenit doctiſſimi *de la ROQUE* ſententia eo tendens, BOCATIUM elucubrationibus ludicris maiorem acquiſiviſſe famam, quam illis opuſculis, quibus nominis celebritatem exſpectabat. v. Ejusd. *Memoirs of Literature.* Lond. 1712. 4. p. 288. Sed ne quid temere aſſeruiſſe videar, prouoco ad Naudæana, quæ ita de BOCATIO p. 83. ſentiunt: *Pour la Religion je crois, qu'il n'en avoit pas & qu'il étoit parfait athée ce qui pourroit ſe prouver par quelques Chapitres de ſon Decameron principalement par celui dans lequel il eſt parlé d'unDiamant, qu'un pere de famille laiſſa a ſes trois filles.* Eademque parabola Religioni Judaicæ, Chriſtianæ ac Mahometanæ impie accommodata ſcriptoribus quibusdam libri famoſiſſimi de Tribus Impoſtoribus exiſtentia opinionem noſtram fallentibus occaſionem præbuit, ut de BOCATIO ejusdem auctore cogitarent, nec mirum idipſum accidiſſe mihi videtur, cum fœtum iſtum decantatiſſimum plerisque fere profanæ mentis & linguæ ſcriptoribus attribui obſeruauerim. confer Menagiana T. IV. p. 304. *Dans la lettre touchant le prétendu livre des trois Impoſteurs.* Verum enim vero is haberi nolo, qui patrem ſalacitatum & blaſphemiarum ructatorem a rigidiſſima

qua-

quavis cenſura abſolvat: dudum etiam mihi obſervatum eſt, BOCATIUM vel una enunciatione in *Giornata III. Nouella I.* p. 230. Edit. 8. an. 1727. religioni Chriſtianæ valedixiſſe. Verba eadem Chriſtiano maxime indigna omiſit ANTOINE le MACON in verſione, quæ denuo recuſa eſt Amſt. 1597. 12. Verſio nova Gallicæ ſub tit. *Contes & Nouuelles de Bocaçe. T. I. II. Seconde Edition. Cologne.* 1712. 8. immutata prorſus apparuit facie, adeo ut BOCATIUS, ſi rediret in vitam, ſemetipſum apud BOCATIUM hoc in opere novo non agnoſceret. Peculiaris titulum ſequentem præferens Epiſtola extat: *Lettera ſopra il Decamerone del Bocaccio del* 1726. Hæc Pariſiis in forma, quæ quadrifariam diuidit folia, lucem vidit, in ea Londinenſis Editio laudatur & BOCATIUM librum hunc laſciuum anno M. CCC. L. compilauiſſe narratur, cuius impreſſionem primam ſtatim anno M. CCCC. LXX. in fol. factam eſſe: Plures etiam editiones earumque differentiæ & lacunæ ibidem ſumma cum cura annotantur. Præterea huc pertinet BUONAMICI *Replica alla Lettera riſpondente del Sigr. RAOLLI Sulle oſſeruazioni da lui fatte ſopra il Decameron del BOCACCIO. Parigi.* 1729. 4. quæ tamen Reſponſio in præſentiarum non eſt ad manus. Ex reliquis BOCATII operibus tantum nominamus *Libro delle Donne illuſtri, quem JOSEPHUS BETUSSIUS* ex ſermone Romano in Italicum

cum idioma verſum edidit Florentiæ. 1596. 8. Simulque BOCATII vitam præmiſit, cuius dimidiam fere partem prolixiores narrationes illius libidinum efficiunt. Nihilo tamen minus de BOCATII anima optime ſibi perſuaſit Epitaphii ſuperadditi auctor:

Hac ſub mole iacent cineres ac oſſa JOANNIS
Mens ſedet ante Deum meritis ornata laborum
Mortalis vitæ genitor BOCATIUS, illi
Patria Certaldum, ſtudium fuit alma Poëſis.

XXXII.

FRANCISCUS COLLII De Sanguine Chriſti Libri Quinque; in quibus de illius Natura, effuſionibus ac miraculis copioſe diſſeritur. Mediolani. Ex Collegio Ambroſ. Typographiæ. M. DC. XVII. 4.

Liber admodum rarus, cuius præter tituli notitiam ampliorem pauci videntur habuiſſe; Refutat in eo CAJETANUM, SYLVESTRUM aliosve Pontificio cultui addictos, & peculiares opiniones ſuas ſtrenue tuetur. Miracula omnia annihilare ſatagit; e. g. Sudorem Chriſti ſanguineum ex phyſicis rationibus demonſtrat & plane neceſſarium ex timore mortis ſcilicet ortum dicit. Subtilius dein-

deinde diſputat, qua ratione in mortuo corpore ſaluatoris generata ſit aqua, quinimo ſanguinis & aquæ copiam determinare temerarie audet. Res eo tandem redit; Sanguinem ex latere Saluatoris erumpentem humanæ redemptionis opus haud attigiſſe.

XXXIII.

FRANCISCUS COLLIUS, De Animabus Paganorum, Libri Quinque. In quibus de iis, qui veteri ſæculo in utroque ſexu celeberrimi fuerunt, diſputatur, ac de eorum ſempiternis præmiis aut ſuppliciis, pro ea, quam de rebus divinis hauſerant, cognitione ac pro cujusque vitæ inſtitutis ac moribus ex ſanctorum præcipuè Patrum & graviſſimorum ſcriptorum decretis atque autoritate copioſiſſimè diſſeritur. Mediolani. Ex Collegii Ambroſiani Typographia.

M.DC.XXII. 4.

Liber priori multo adhuc rarior. Privilegio Curiæ Romanæ eſt munitus. Abſoluitur heic Tomus I. Et Tomum II. promittit, cujus Impreſſio an etiam facta ſit, non perſpicere licuit ex FILIP. PICINELLI *Ateneo dei Letterati Milaneſi* p. 208. ipſe quidem valde dubito PICINELLUM vidiſſe librum ipſum, cum annum impreſſionis 1633. ponat, in quo ſane fallitur Italus perdoctus. In Bibliotheca

Fayana etiam Pars Secunda libris quatuor conſtans & Mediolani anno M. DC. XXIII. impreſſa extitit, quantum ex Catalogo eiusdem Bibliothecæ quondam perlecto adhuc memini. In Cap I. liberi arbitrii paganorum vires expendit, principioque ſtatim indicat, ſe de illis duntaxat diſſerere, quos olim velut diuinitus è cœlo miſſos demirabatur antiquitas. Cap. II. de variis mentes infidelium erudiendi rationibus, quibus diuinum numen uti conſueuit, agit. Cap. III. IV. & V. diſputat de illuſtribus Paganis, qui Saluatoris noſtri in carne aduentum præceſſerunt; e. g. de MELCHISEDEC, JOB & eius amicis, Regina SABÆ, HOMERO, PLATONE &c. quorum ſalutem vel damnationem probabilibus coniecturis & argumentis ſe venari poſſe, temerarie putat. Cæteroquin de COLLIO notamus, quod Ambroſiani Collegii Doctor eruditionisque tum ſacræ tum profanæ callentiſſimus fuerit. *Concluſiones Theologicas ab eodem* an. 1609. in 4. editas adducit PICINELLIUS c. Numero fuerunt mille & ducentæ, in quibus varias opiniones Doctorum Scholaſticorum multasque vias inueſtigauit, diſtinxit, explanauitque. Parauit etiam lucubrationes in HERUEUM, de quibus vero an prodierint nec ne? haud conſtat. videſis JAC. PHIL. OPICELLI Monumenta Bibliothecæ Ambroſianæ Mediol. 1618. 8. p. 38.

XXXIV.

XXXIV.

VINC. JUAN de LASTANOSA, Muſeo de las Medallas deſconocidas Espannolas. Hueſca. Juan Nogues. M. DC. XLV. 4. c. f. æ.

Fuit patria Oſcenſis, dignitate Cubicularius Regius. Præfatio perdocta continet inſignes Hiſpanorum antiquarios eorundemque ſcripta; Inter illos primas tenuerunt PAULUS ALBINIANUS, JUAN FRANC. de ALDRETE, ANT. AUGUSTINUS aliique. Inſtitutum ſuum etiam plenius prodit. Verba, prout jacent, transtulimus: " Propoſitum " meum eo tendit, Reipublicæ literariæ tro- " phæa antiqua & relationes certas de Hiſpa- " nia in Nummophylaciis adhuc deliteſcentes " aperire, ut ingenia docta & ſubtilia his tam " glorioſis monumentis excitata calamum in " Nationis ſuæ honorem arripiant. " Figuræ æri inciſæ præmittuntur explicationi, numeroque ſunt 156. Tum ſequuntur animaduerſiones, quas excipiunt *Medallas Deſconocidas Eſpannolas de la Biblioteca del Doctor Don FRANC. XIMENEZ de URREA Capellan de ſu Mageſtad,* qui itidem rei numariæ omnisque antiquitatis fuit peritiſſimus; adeo, ut octoginta ſupra centum numos, quos Oſcenſes exiſtimauit, apportauerit. Quem numerum rectiſſime ſignificauit ANSELMUS BANDURI in *Bibliotheca Numaria* præ-

miſſa ejus *Numiſmatibus Imperatorum Romanorum.* T. I. Conferri etiam poſſunt FELLERI *Miſcellanea Leibnitiana* p. 35. ubi LASTANOSÆ de Hiſpanorum numis ſententia ſuccincte proponitur; Hoc tandem adhuc notamus, quod idem Hiſpanus ſcripſerit tractatum æque rarum ſub tit. *Tratado de la Moneda Jaqueſa. Zaragoça.* 1681. 4 c. f. æ. in quo exponuntur numi Jaccæ Arragoniæ ciuitate cuſi; & multo rariorem ſub tit. *Deſcripcion de las Antiquedades i jardines de Don VINCENCIO JUAN* DE *LASTANOSA, hyo, i Ciudadano de Hueſca Ciudad en el Reino de Aragon. eſcriviala El ſolitario.* al Don *Franciſco Filhol*, luſtre ornamento i Elogio de Ciudad de Toloſa. *Caragoça.* Diego Dormer. 1647. 4.

XXXV.

De Vita & Moribus Philoſophorum Liber. fol.

Eſt editio antiquiſſima ſine mentione anni & loci euulgata. Pertinet omnino ſcriptum hoc ad GUALTERUM BURLEUM Sacræ Paginæ Profeſſorem, qui anno 1330. claruit, & plura ſcripſit, quorum nonnulla circiter annum 1485. & 94. edita ſunt. confer. BERNH. MONETÆ harum rerum quondam peritiſſimi Epiſtolam ad MAITTAIRIUM, in qua ſuas in Annales Typogr. & Hiſtoriam Typographorum Pariſ. animadverſiones modeſte

deſte exponit. p. 8. Plagium itaque commiſit ANTONIUS A SALA Monbellenſis Juris Conſultus, qui tanquam ſuum publicauit Caſali apud *Bern. Groſſum.* 1603. 4. qua de cauſa inſignis nulliusque pudoris plagiarius vocatur a LABBEO in *Biblioth. Bibliothecarum.* vid. CAIET. GIARDINA *de recta Methodo citandi authores, cui libello de Pſeudo. Plagiar. & Anonymis cognitiones accedunt. Panormi.* 1718. 12. p. 167. confer etiam PLACCII Theatrum Anon. & Pſeudon. p. 550.

XXXVI.

The Naked Goſpel, diſcovering I. *what was the Goſpel, which our Lord and his Apoſtles preache.* II. *what additions and alterations latter ages have made in it.* III. *what advantages and Damages have there upon enſued. Now firſt publiſhed by Arthur Bury. London.* Nathan Ranew. M. DC. XCI. 4.

Temporum ſtatum, qui famoſiſſimo huic & impio ſcripto elaborando occaſionem præbuit, breuiter deſcriptum inuenies in HENR. LUD. BENTHEMS *Engliſchen Schul- u. Kirchen-Staat.* p. 573. Totus in eo eſt, ut Religionem Naturalem ſtabiliat, omnia proinde Scripturæ ſacræ dicta hypotheſibus ſuis adcommodare ſtudet, & ne hæc temere dixiſ-

dixiſſe videar, ex Cap. III. deſcriptionem fidei proferam, ibi enim quæritur p. 16. *What Figure Faith made in Natural Religion?* Reſpondetur, *Faith is a duty in Natural Religion, a Cardinal virtue, Juſtice toward God, to whom it payeth what is due.* Porro principium cognoſcendi res divinas facit rationem, id ipſum liquet ex p. 91. *but it appeared more impoſſible, that God ſhould lye, than that he ſhould do more than Nature, what i Know to be the word of God, i believe abſolutely, becauſe i certainly know God to be infinitely True; but that this is Gods Word and this the Meaning of it, i ſo far only believe, as i find Reaſon for it.* Nonne Socinianiſmum præfert, qualem aperte prodit in doctrina de Trinitate & incarnatione Filii Dei?

XXXVII.

L'Alcibiade Fanciullo a Scola; D. P. A. Oranges. par Juan Wart. M. DC. LII. 12.

Editiones duæ proſtant eodem anno inſignitæ, recentior tamen ex characterum diuerſitate facile cognoſci poteſt. Typographus libelli huius, qui plauſtrum obſcœnitatum vere protulit, editionem excuſare voluit intentione, quam ſignificat verbis ſequentibus: *Da queſto porrai imparare a ben invigilare a tuoi figlioli per ſottrarli dalla maluagità de*

de cattivi e peſſimi maeſtri, li quali in queſti tempi abbondano. Promittit ibidem partem ſecundam ſub titulo: *il Trionfo d'Alcibiade.* Auctor huius rariſſimi libri creditur ARETINUS egregius obſcœnitatum pater. vid. Clar. VOGTII *Catal. Libror. Rar.* p. 19.

XXXVIII.

Bebeliana Opuſcula noua & florulenta nec non & adoleſcentiæ labores, librique Facetiarum, cum multis additionibus luculentis. 4.

Epiſtola BEBELII præmiſſa ad GREGOR. LAMPARTER Cancell. Vuirrenbergenſem ſcripta eſt Tubingæ. M.D.VII. in titulo ſub figura lignea legitur: *In Officina Guillelmi Vivien;* in fine expreſſa ſunt verba; *Parrhyſiis ex ædibus* Nic. de Pratis. *Anno* M.D.XVI. De editionibus nouis aliunde conſtat.

XXXIX.

ALVARI PELAGII Summa de Planctu Eccleſiæ, Libri II. in quibus ad confirmandam Pontificis poteſtatem & veram Chriſtianæ Doctrinæ cognitionem plurima traduntur. Venet. Franc. Sanſovinus. M.D.LX. *fol.*

PELAGIUS erat natione Hiſpanus Ordini Minorit. addictus & Epiſcopus, vir valde doctus in utroque Jure, Scoti auditor, vixitque circa an. 1340. Dedicauit opus ſuum PETRO GOMESIO Cardinali Hiſpaniæ. In eo Eccleſiaſticorum omniumque Reipublicæ chriſtianæ ſtatuum ordines reprehendit, ordinisque ſui collapſam diſciplinam deflet. Primam editionem prodiiſſe Ulmæ an. M.CCCC LXXIV. per JO. ZEINER & MStum PELAGII in Bibliotheca Vaticana latere, meminit LUCAS WADDINGUS in Scriptor. Ord. Min. p. 15. Præterea inuenitur alia Lugduni literis Gothicis in folio exſcripta. Liber merito rariſſimus prædicatur ab ANT. PELLEGR. ORLANDI *nell' Origine & Progreſſi della Stampa* p. 380. Libro XX. cap. 2. loquitur Pelagius de vitio actus inhumani: *Melius eſt pati quam agere.* Si verba hæc inveneris, judicato, editionem eſſe bonam.

XL.

XI.

LUCÆ WADDINGI Scriptores ordinis Minorum; quibus acc: Syllabus illorum, qui ex eodem ordine pro fide Chriſti fortiter occubuerunt. Romæ. Franc. Alb. Tani. *M.DC.L. fol.*

Minorum fratrum origine domiciliove Diſcalceatorum atramento & ſangvine ſcriptorum Bibliotheca pro Supplemento Wadingianæ incrementoque novæ Franciſcanæ Bibliothecæ autore JOANNE a DIVO ANTONIO. Salmanticæ. Eugen. Garcias de Honorato. M. DCC. XXVIII. 4.

WADDINGUS una cum continuatore rariſſimis Bibliothecariis annumerandus eſt. Continuator natione Salmantinus ſe ſubſcripſit S. Theol. Exlectorem & Bibliothecarum Zamorenſis Diœceſis Reuiſorem; In præfatione operis rationem aperuit. WADDINGUM laudat & Bibliothecæ ab eodem conſcriptæ raritatem indicat; "Laudatus hic " tomus, inquiens, ubi invenitur? Sane rara " avis in Regia Bibliotheca, Librariisque opu- " lentioribus haud reperta; " Recenſet deinde illos, qui Bibliothecæ Wadding. continuationem ſuſceperunt, quos inter præcipue no-

nominat FRANCISCUM HAROLDUM, qui grauidas doctrinæ ſalubris ſpicas conuocans ſupplementi Franciſcanorum ſcriptorum dederat ſpem. Fontes etiam, ex quibus ipſe Relationes ſuas hauſit, memorat. Continuatio partibus duabus abſoluitur, quarum prior Bibliothecam Minorum Diſcalceatorum atramento ſcriptorum, poſterior ſanguine ſcriptorum comprehendit. An noua illa, quam Romæ aliquot retro annis meditati ſunt quidam, Waddingi editio lucem viderit? neſcimus.

XLI.

Summa Aſtrologie iudicialis JOANNIS ANGLICI viri hujuscemodi ſcientie peritiſſimi ac nuper impreſſa. fol.

In Præfatione ad Lectorem peroratur, quod auctor ſit JOHANNES ESCHUID, cuius cetera fere omnia ſcripta perierint. Unum hoc ſuper eſſe. Elogio etiam decoratur ſequenti; „ Eſt autor recentior, ſed qui inter „ recentiores aſtrologos obtineat principa„ tum. Scribit enim eruditius & copioſius. „ Opus hoc *ſumma Anglicana* vulgo appella„ tur.„ In fine extant ſequentia: *Opera quoque & cura diligenti, qua fieri potuit, JOANNIS LUCILII Sanctiter Heilbronnenſis germani. Impenſis quoque non minimis Generoſi viri FRANCISCI BOLANI eloquentiſſimi*

olim

olim viri Candiani patritii Veneti. Anno ſalutis M.CCCC.LXXXIX. *nonis Julii impreſſione completum Venetiis.* Duo ſunt tractatus, quorum I. de accidentibus mundi in generali. II. de accidentibus mundi in particulari agit. Libri huius mentionem haud fecit MAITTAIRIUS cum tamen in editione recentiori T. I. p.515. ANGLICI Commentarium ſuper Quæſt. de Univerſalibus J. SCOTI Aloſti anno eodem excuſum rectiſſime adduxerit.

XLII.
MARCI TULLII CICERONIS Officia. 4.

Verba in calce ſubiecta toties ab eruditis allegata, quoties editionis huius omnium primæ mentio ab ipſis facta eſt, heic etiam repetere fas ſit: *Preſens Marci tulii clariſſimum opus Johannes Fuſt Moguntinus civis. non atramento. plumali canna neque aerea. ſed arte quadam perpulcra. manu Petri de Gernſſhem pueri mei feliciter effeci finitum. Anno* M.CCCC.lxvi. *quarta die menſis februarii.* Circa ſubſcriptionem hanc erraverunt SALMUTH ad PANCIROLLI. *Nov. Ant. in appendice ad tit.* 12. p.313. & ERASMUS SHCMIDIUS *in Annotationibus ad N. T.* f. 5. exiſtimantes, non recte ſcribi *manu Petri* &c. non enim inſtrumentum vocabulo *manu* ſignificari, ſed eſſe nomen proprium PETER FUST.

Mira-

Miratur *Geo. Frid. Magnus*, quomodo hic profecto ingens *σολοικισμὸς* tantis viris excidere potuerit, in *Diſquiſitione de Antiquis S. Scripturæ verſionibus Germanicis.* Aug. Vindel. 1690. 4. PETRUS RAMUS, qui exemplar tale in Bibliotheca ſua ſeruabat, ea præconceptus fuit opinione, quaſi hæc CICERONIS officia prima librorum omnium typis æneis impreſſa eſſent, prout ejus verba ex *Schola Mathem.* L. 2. adfert ANDR. CHEVILLIER *dans l'origine de l'Imprimerie de Paris.* Decepit autem non tantum ſe, verum etiam quamplurimos alios; Quamuis enim ad typographiæ incunabula propius accedat, tamen typorum elaboratio magis nitida nos credere iubet, cum clariſſ. SCHELHORNIO, excuſum eſſe præſtantiſſimum illud hodieque rariſſimum opus, cum iam ad maturitatem aliquam perueniſſet ars typographica. *v. Amœnit. liter.* T. I. p. 4.

XLIII.

Trattato del nobiliſſimo & militare Eſſercitio de Scacchi nel quale ſi contegono molti belliſſimi Tratti et la vera Scienza di eſſo Gioco compoſto da GIOACHIMO Calabreſe.

MSt. 12.

Opuſculi huius auctor circa annum 1632. in Anglia viuens MStum CAROLO I. Regi offerebat, cuius etiam iuſſu in linguam Anglicam transferebatur & anno ſequenti Londini typis exſcribebatur. Non ita multo poſt gallica eiusdem verſio Pariſiis prodibat ſub tit. *Le Jeu des Echecs traduit de l' Italien :* Primam verſionis dictæ impreſſionem plures deinde ſubſequebantur Pariſienſes anno 1669. in 12. & an. 1689. in 8. repetitæ. Idiomate autem italico ſibique natiuo tractatum eundem proſtare, nuspiam hucusque obſeruauimus. Nec respublica Italorum exinde detrimenti quicquam cepit, plures enim inuenti ſunt Itali, qui, qua in rebus ludicris gaudent facilitate, Abbatis JOACHIMI præcepta fere eadem tradiderunt. Non vero Itali tantum ſed Galli etiam, Hiſpani & Germani in regulis ludorum componendis ſicuti in ludorum generibus adinueniendis ſemper ſtudioſiſſimi fuerunt. Cumque non facile catalogus librorum a me perlegeretur, in quo de ludis ſcriptor vnus alterque non occurreret, mirari cœpi, tot & tam

tam graues viros otio plusquam deſidioſiſſimo tempus perdidiſſe; vereor quidem, ne culpa eadem me redarguat Bibliothecam Scriptorum de ludis inſerturum, verumenimvero non cum tam pœnitendo temporis diſpendio labor hic a me ſuſceptus eſt, tantum etiam abſit, vt omnes de argumento iſto ſollicitos auctores promiſcue reiiciamus, vt potius quorundam laudabilem in antiquitatibus eruendis gentiumque diuerſarum conſuetudinibus obſeruandis ſtudium inſigniter prædicemus.

BIBLIOTHECA SCRIPTORUM DE *LUDIS.*

Academie (la plus nouvelle) univerſelle des jeux. Leyde. 1711. Ibid. 1721. 12.

ACTIUS (THOMAS) de Ludo Scacchorum in legali methodo. Piſauri. Hier. Concordia. 1583. 4.

AGRIPPA (HENR. CORN.) in Tract. de Vanitate ſcientiarum cap. XIV. agit de arte aleatoria.

DE AIALA (PETRUS PANTOJA) Commentaria in Tit. de aleatoribus. Madridii. Petr. Tazo. 1625. 4.

FRANC. DE ALCOCER Liber de Ludo. Salmanticæ. 1559.

L. 3. c. de aleatoribus & alearum luſu & Commentat. ad h. l.

AB

AB ALEXANDRO, (*ALEXANDRI*) Dies Geniales Lib. III. cap. 21.

AMESIUS de vſu aleæ. Ultrai. 1660. 12.

AQUILA, (JO.) de omni fere ludorum genere. 1516. 4.

v. Venerab. ERNST. SAL. CYPRIANI Catal. Bibl. p. 205.

ARIE (R. JEHUDA) Recede à malis ſ. Libellus Rabbini doctiſſimi ANONYMI de Luſu; notis illuſtrauit AUG. PFEIFFERUS. Viteb. 1665. 4.

Auctor, quem Celeb. JO. CHRISTO. WOLFFIUS detexit, natione Venetus fuit, aliasque LEO Mutinenſis dicitur. videſis Bibl. Hebr. T. I. p. 414. ſeq. ubi Editiones plures allegantur.

AVENARII, (JO.) Diſcurſus de aleatorum luſu & aleatoribus. Witt. 1630. 8. primum in forma diſputationis prodierat.

BALMFORD, (JAC.) de luſu aleæ. 1623. anglice.

JEAN BARBEYRAC, Traité du Jeu, où l'on examine les principales queſtions de Droit naturel & de Morale, qui ont raport à cette matiere. T. I. II. Amſt. Humbert. 1709. 8.

BARTINELLI, (MORIERO) Gioco del Staraylino. Milano. 1619. 12.

BEN-

BENDER, (JO. GEO.) Kurtzer Unterricht des Ballen-Spiels. Nürnberg. 1680. 12.

BERGER (JO. GUIL.) Diſſ. de fraude aleæ veteris. Witt. 1712. 4.

DE *BOISSIERE (CLAUDE) le tres-excellent & ancien jeu Pythagorique dit Rytomachie, fort propre & tres utile à la recreation des Eſprits vertueux pour obtenir vraye & prompte habitude en tout nombre & proportion. Paris.* 1556. 8.

J. C. BULENGERUS de Ludis veterum v. GRONOUII Theſ. antiqu. T. VII.

CALCAGNINI (CÆLII,) Liber de talorum & teſſerarum ludo ſingularis. extat in GRONOUII Theſ. antiq. Græc. T. VII.

CARRERA (PETRUS) de gioco de gli Scacchi, ne quali s'inſegnano i precetti le uſcite è i tratti poſtici del gioco, e ſi diſcorre della vera origine di eſſo, con due diſcorſi di GIO. BATT. CHERUBINO & MARIO TORTELLI. Militetto. Giov. de Roſſi 1617. 4.

DE CESULIS (JAC.) ſolatium Ludi Scachorum, ſiue de moribus & officiis nobilium & popularium ſub ludo Scachorum. *MSt.* extat in Biblioth. celeb. JO. GUIL. BERGERI. v. ejus Diſſ. de cautione circa bibliothecas. §. 7.

CLA-

CLARUS, (JULIUS) ſcripſit contra ludum.

CLAUDIUS Imper. Librum de arte aleæ ſcripſit ſecundum Suetonium in Claudio. c. 33.

CORROZET GILLES Le Jeu des Cartes eſcrit en vers.

v. CROIX du MAINE. *Bibl. de France.* p. 130.

CURCELLES, (JAQUES de) *Le livre du jeu des eſchets; traduit de Latin en François par* JEAN FERRON.

CURCELLÆUS fuit Theol. Doct. v. CROIX du MAINE Bibl. p. 222.

CUJACIUS (JAC.) contra aleatores lib. IX. obſerv. Cap. 28. fol. 383. ſcripſit.

CYPRIANI (CÆLII) Sermo de aleatoribus. Opp. T. III. p. 494. edit. Antuerp. 1568.

DAMHOUDER, (JODOC.) contra ludum ſcripſit in rerum criminali praxi. p. 507.

DAMIANO, Portugheſe, Libro da imparare Giocare a Scachi & de belitiſſimi Partiti: reuiſti & recorretti: con ſomma diligentia emendati, da molti famoſiſſimi Giocatori: In lingua Spagnuola & Italiana nouamente ſtampato. 8vo.

DANÆUS ſ. DANEAU (LAMBERT.) Les ſorciers, Dialogue. 1574. 8.

Ej. Deux Traitez des Sorciers & des jeux de Cartes & de Dez. Jaques Bavment. 8.

DELRIO, in Comm. ad Senecæ Hercul. Curent. p. 242.

Divertiſſemens innocens contenant les regles du jeu des Echets, du Baillard, de la paume, du pallemai & du trictrac. Haye. 1696. 8.

DRAGHEIM (JOAN. BENJAM.) Diſp. de alea Romanorum. Roſtoch. 1724. 4.

DUCCHI (GREGOR.) Il Guoco de gli Scachi ridotto in Poëma Eroico ſotto proſopopea di due potenti Re e delli eſſerciti loro, compreſo in VI. Canti, & dedicato alla Signora Iſabella Pallauicina Lupi Marcheſa di Soragna. Vicenza. Perin. 1607. 4. v. *COZZANDI Libraria Breſciana.* p. 214.

ENGELBRECHT (JO. WILHELM) de Juſto Naturali ludorum in pecuniam *von Geld und Glück-Spielen.* Helmſt. 1704. 4.

L'ESPRIT, (LAURENT.) Le Paſſe-temps de la fortune des Dez. Lyon. Rigaud. 1583. 4. avec fig.

Editio gallica antiquior Pariſiis per GUIL. NIGRUM anno 1559. facta eſt, italica eodem anno prodiit, unde dubitauit CROIX DU MAINE, utra prior & verſio ſit.

FREISLEBEN, (JO. BARTHOL.) Diſp. de Ludis. Lipſ. 1678. 4.

FRI-

FRIDERICI III. Electoris Palatini Conſtitutio Eccleſiaſtica contra aleatores. v. JO. a MUNSTER Collect. de ludo aleæ.

GALENUS de Exercitatione, quæ pila ſuſcipitur, interprete PICTAVO. Pariſ. 1544. 8.

GARCIA (JUAN) Libro del Juego de las Damas. Zaragoça. 1640. 4.

GIANUTIO della MANTIA (HORAT.) Della maniera di giuocar a Scacchi. Turino. Anton. de Bianchi. 1597. 4.

Gioco del Sbaraglino. Venet. 1635. 12.

GREGORIUS (PETRUS) Tholoſanus ſcripſit contra Ludum aleæ in Syntagmate Juris Univerſi. Lib. XXXIX. c. 2. p. 461.

CLAUDE GRUGET, Le Jeu des Echets. Paris.

v. *CROIX du MAINE Bibl. de France.* p. 58.

Hocus pocus iunier oder Taſchen-Spiel-Kunſt. Francf. 1667. 8. & 12. editio auctior. Ib. 1668. 8.

ROB. HOLKOT ſcripſit de Ludo Latrunculorum. v. de ALTAMURA Bibl. Dominicana. p. 123.

HUARTUS (JAN.) in Scrutin. Ingeniorum, p. 304.

HYDE, (THOMAS) Hiſtoria Scachi-Ludii & Nerdiludii cum quibusdam aliis Arabum,

Perſarum, Indorum, Chinenſium, & aliarum gentium ludis tam politicis quam bellicis. Oxon. theatrum Scheldon. 1694. 8. c. f.

Promiſit idem appendicem de Charti-Ludio, Ludisque Arithmeticis. v. Cel. JO. ALB. FABRICII Bibliogr. antiqu. p. 622.

JEAN de MEUN, Le plaiſant Jeu du Dodechedron de Fortune non moins recreatif que ingenieux. Paris. Jean Logis & Robert le Manguier. 1560.

Le Jeu (plaiſant) de Dodechedron de Fortune. Lion. 1580. 8.

le Jeu des Echets traduit de l'Italien par CL. GRUGET. Paris. 1560. 8.

le Jeu (Royal & nouveau) des Echets. Paris. 1674. 12.

Le Jeu (Royal) de l'Hombre & du Picquet plaiſant & recreatif reveu & corrigé en cette derniere edition pour le contentement de deux, qui ſont en poſſeſſion d'en obſerver les regles. Enſemble le jeu de Cartes nouvellement inventé, pour jouer toutes ſortes de jeux en deux façons. Paris. 1688. 12.

Le Jeu (Royal) de l'Ombre & du Piquet, augmentez du jeu des Echets & du nouveau jeu de l'Ombre. Haye. 1700. 12.

Jeux de l'Hombre. Haye. 1675. 12.

Les Jeux de l'Inconnu. Rouen. 1645. 8.

Le

Le Jeu de Trictrac comme on le joue aujourdhuy enrichy de figur. Paris. 1698. 12.

le Jeu de Trictrac. Paris. 1701. 8. *av. fig.*

le Jeu royal de paume. Paris. 1632. 8.

les Jeux de Quadrille & Quintilles. Paris: Theod. le Gras. 1724. 12.

E. de JOLIUET, l'excellent jeu du Tricque-Trac. Troyes. 8.

JONCOURT, Recueil de diuerſes lettres contre les jeux de hazard. Haye. T. Johnſon. 1714. 8.

JUNIUS (ADRI.) animaduerſ. II. 4.

GODOFR. GUIL. LEIBNITII, annotatio de quibusdam ludis, inprimis de ludo quodam Sinico differentiaque Scachici & Latrunculorum & nouo genere ludi naualis. v. Miſcellanea Societ. Berolin. T. I. ad an. 1710. p. 22. ſeqq.

LESCOT, pluſieurs jeux de Cartes. 1604. 8.

LEUSENER, (CAROL.) von Lantz-Spiel. cit. apud BESOLDUM in Theſ.

LEYSER (AUGUSTIN.) de Ludis eorumque in Jure effectibus Diſp. Helmſt. 1716. 4.

LOPEZ, (RUI) v. RUI.

Ludus Latrunculorum, *Stein-oder Schach-Spiel.* Edit. Secunda. Francof. 1647. 12. alia editio auctior. 1650. 8.

Auctor notas WIELII latinas germana ciuitate donauit.

DE LYRA, (NICOL.) in libello, *Præceptorium*, inſcripto, Lib. II & III. Edit. Colon. 1505. contra aleam ſcripſit.

Les Maiſons des Jeux academiques ou Recueil de tous les jeux divertiſſans. Paris. 1665. 12.

MARANTA (ROB.) in aureo ſuo Speculo P. VI. de delatione juramenti. fol. 422. contra luſores ſcripſit.

MARTYR. (PETRUS) Libr. Jud. de Ludis Cap. XIV.

MASCARDUS (JOS.) in Vol. II. de Probationibus f. 262. contra ludum & luſores ſcripſit.

DE *MASURES (LOUIS) Livre des Echets de HIER. VIDA, le quel livre l'intitulé autrement la Guerre cruelle du Roy Blanc & du Roy Maure ou More imprimé a Paris. v. CROIX du MAINE* l. c. p. 296.

MATERIALE INTRONATO, Dialogo de Giuochi, che nelle vegghie Saneſi ſi uſano di fare. Venet. Lucas Bonetti. 1572. 8.

Menage dans l'origines Françoiſes. v. *le mot Echets.*

Le Mepris & contentement de tous jeux v. *OLIV. GOUYN.*

MEUR-

MEURSII (JO.) Græcia Ludibunda S. de ludis Græcorum; acc. Souterii Palamedes Redivivus. Lugd. Bat. 1625. 8. v. GRONOUII Theſ. antiqu. Græc. T. VII.

JO. MOEBIUS, de Ludo teſſerarum. v. Diſſ. de variis teſſerarum veteribus uſurpatarum generibus. Lipſ. 1688. Cap. II.

à MÜNSTER (JO.) *in Vortlage*, Collectanea variorum autorum de Ludo aleæ & hoſtibus. Francof. 1617. 4.

PASCHASIUS JUSTUS, de alea, ſive de curanda in pecuniam ludendi cupiditate, ſtudio & labore JO. a MÜNSTER; cuius Collectanea veterum & recentiorum autorum de Sortibus aleæ, taxillorum & chartarum ludo accedunt. Neap. Nemet. Jo. Carol. Unckelius. 1617. 4.

Palamedes Rediuiuus, d. i. *Unterricht von Schachten, l'ombre und anderen Spielen.* Lipſ. 1733. 24.

primum Lipſiæ anno 1679. 12. prodiit ſub tit: Palamedes Rediuiuus, d. i. *Unterricht von Stein-oder Schach-Spiel, Picquet-Spiel und Thurn-Spiel, Rumpff-Ordnung und Regeln von Billard.*

DE PAW (JO. CORN.) de alea veterum ad Epigramma Agathiæ Scholaſtici. Traj. ad Rhen. Guil. Croon. 1726. 8.

PETRARCHA, (FRANC.) duobus Dialogis contra aleæ & taxillorum uſum diſſeruit.

La PLACETTE, Traité des Jeux de Hazard. defendu contre Les objections de Mr. de JONCOURT & quelques autres. Haye. 1714. 8.

POLENTONIS (XICCO.) Tract. contra luſores. MSt. Ejusd. Dialogus de luſu ridiculo Hebræorum. v. Celeb. KAPPII Diſp. de Xiccone Polentono. p. 46. §. 23.

Die Practique der heutigen falſchen Spieler, in unterſchiedlichen Hiſtorien entworffen und aus dem Holländiſchen überſetzt. Hamb. 8.

PHILIPPE HUBERT de VILLIERS a traduit d'Italien en François les cinquante Jeux divers, inventez par INNOC. RHINGIER. Lyon. 1555. v. *CROIX du MAINE Biblioth.*

RHODIGINUS (COELIUS) antiqu. Lect. IV. 11. XX. 27.

RINGHIERI, (INNOCENT.) Cento Giuochi liberali d'Ingegno. Vineg. 1553. 4.

RIZZETTI (JOH.) Ludorum Scientia. Venet. Aloyſ. Pavinas. 1725. 4.

ROBBE, Les Hazards du Jeu de l'hombre avec l'Explication des termes du dit Jeu. Paris. 1699. 4.

ROC-

ROCCHA (ANGELI) Commentar. pro re domeſtica & nummaria directus contra ludum alearum, chartarum ſcilicet ac taxillorum. Romæ. Guil. Facciottus. 1616. 4.

- - *Trattato contra i Guochi delle Carte e dadi.* Guil. Facciottus. *Rom.* 1617. 4.

RUI-LOPEZ, libro della invention liberal y arte de Juego del Axedrez. Alcala. 1561. 4.

- - *Il Giuoco de gli Scacchi, tradotto in Lingua Italiana da GIO. DOMEN TARSIA. Venet.* Corn. Arrivabene. 1584. 4. c. f.

a RYSSEN (LEONARDI) de Ludo Aleæ. Ultraj. 1660. 12.

SAGITTARII (PAUL. MART.) Progr. de Ludo Scacchio. Altenb. 1676. 4.

SALMASIUS (CLAUD.) ad Vopiſcum.

SALVIO (ALESS.) Trattato dell' Inventione & arte liberale del gioco di Scacchi. Napol. Giov. Batt. Sottile. 1604. 4.

- - *Il Puttino, ſopra il gioco de' Scacchi con la ſua Apologia contra il CARRERA. Napol.* Gio. Domen. Mòntanaro. 1634. 4.

SARASIN (JEAN. FRANC.) Diſſ. ſur Opinions du nom & du jeu des Echets. Extat in ejus opp. Amſt. 1694. 12.

SARISBERIENSIS (JO.) in Policratico ſuo ſcripſit contra aleæ luſum.

SCAINO (ANTON.) Trattato del Gioco della Palla al Duca di Ferrara. Vineg. 1555. 8.

conf. *COZZANDI Libraria Breſciana.* p. 49.

SCHNEIDEWIN (JOH.) contra Aleam lib. IV. Inſtit. tit. de action. fol. 695.

SCHOEPFER (JO. JOACH.) de hodierna ludorum iuſtitia Diſp. Francof. ad Viadr. 1690. 4.

SELENUS (GUSTAV.) Schach-oder König-Spiel. Leipzig. Lorentz Kober und Henning Groſſe. 1616. c. f. fol.

Verus auctor eſt AUGUSTUS Dux Brunſuic. & Luneburgenſis, teſte CONRINGIO de Bibliotheca Auguſta.

SENFFTLEBEN (ANDR.) de alea veterum, opuſculum poſthumum. Lipſ. Phil. Fuhrmann. 1667. 8.

v. GRONOUII Theſaurum Græc. antiq. T. VII.

SEUERINO (M. AUR.) dell' antica Pettia, overo, che Palamede non e ſtato l'inventor degli Scacchi. Napoli. Ant. Bulifon 1690. 4.

v. *Giornal. dei Letterati di Parma* an. 1690. pag. 228.

- Fi-

- - *Filoſofia degli Scacchi. Napoli.* Ant. Bulifon. 1690. 4.

SOUTERII, (DAN.) Palamedes ſeu de tabula Luſoria, alea & variis ludis Libri III. Lugd. Bat. 1622. 8.

v. GRONOUII Theſ. Ant. Græcar. T. VII.

Spiel-Charte (nützliche) vor die Flucher, und nützliche Fluch-Charte vor die Spieler. Nürnberg. 1672. 18.

STUCKIUS (JO. GUIL.) in libro de variis antiquitatum conuiualium generibus contra ludum. a. 1552. ſcripſit Lib. III. c. XXII. f. 381.

TAFFINUS, (JOH.) in Libris de emendatione vitæ ſcripſit contra ludum aleæ.

TARSIA, (GIO. DOMEN.) v. RUI-LOPEZ.

JEAN. BAPT. THIERS, *Traité des Jeux & des diuertiſſements, qui peuuent étre permis.* Pariſ. 1686.

THOMÆ (JO.) Sched. Jurid. de Aleatoribus. Halæ. 1723. 4.

TOLETUS (FRANC.) in ſumma caſuum conſcientiæ. c. XXVII. lib. 5.

Traité de l'origine des jeux Floraux de Touloſe. Touloufe. 1715. 8.

TREMBLE, Conuerſations morales ſur les jeux & les diuertiſſemens. Paris. 1684.

v. Ce-

v. Celeb. FABRICII Bibliogr. antiqu. p 624.

TUCCIUS (JULIUS ASCANIUS) carmine latino Ludum Scacchiorum deſcripſit. v. DORNAUIUS in Amphitheatro. T. I. f. 644.

TURNEBUS (ADRIAN.) in aduerſ. XVIII. 12. & XXVII. 3.

Unterricht einiger gebräuchlichen Spiele. Leipz. 1678. 12.

VALCERCA (LELIO) Il buon uſo della Baſſetta. Venez. Angel. Geremia. 1725. 8.

VALLSUIZINO (LORENZO) Libro del Juego de las Damas. Valencia. 1597. 4.

VIDÆ (HIER.) *Scacchia*; ludus à COSMO GRAZINO emendatus. Flor. Junctæ. 1604. v. CINELLI *Bibl. Volante. Scanz. I.*

Edid. LUCAS WIELIUS cum Comment. Carminice. Argent. Paul Ledertz. 1604. 8.

Occurrit etiam in eiusd. Opp. Lugd. 1603. 12. editis. conf. DORNAUII Amphitheat. l. c.

VOETIUS (GISB.) de luſu aleæ. Ultraj. 1660. 12.

WEICKMANN (CHRISTO.) Neu erfundenes groſſes Königs-Spiel, welches mit dem Schach-Spiel ſich in etwas zwar vergleicht, jedoch aber von demſelben darinnen unterſchieden, daſs wie jenes nur ſelb ander, dieſes ſelb dritt, vierdt,

vierdt, ſechſt und ſelb acht geſpielet werden kan, mit daraus gezogenen Staats-und Kriegs-Rath, und LX. aus dieſen Spiel genommenen Obſeruationibus Politicis & Militaribus, und darzu gehörigen acht Kupffer-Tabellen. Ulm. 1664. fol.

WESENIGK, (GREG.) Die Spielſüchtige ſiebenfächtige Polyſigma der böſen Spiel-Sieben, Dresden. 1702. 8.

XLIV.

Catolica Querimonia. Malacæ. Typis Matthei Hidalgo, *Typographi Illuſtr. ac Rev. Dni mei Epiſcopi. Anno* M. DC. LXXXVI. 8.

Editio hæc prima & rariſſima eſt: proſtat vero adhuc alia, quantum nobis quidem conſtat, in 12. neſcio quo anno edita. Illa ab ILDEFONSO Malacenſi Antiſtite & auctore, INNOCENTIO XI. Pontifici Max. dedicata eſt, in qua innocentiam ſuam aduerſus auctorem *de la morale pratique des Jeſuites* vindicatum iuit: Hic enim ipſum ILDEFONSUM ex familia Marchionum de QUINTANA ortum famoſiſſimi atque omnium ſane Librorum rariſſimi *Theatri Jeſuitici* auctorem pronunciauerat. ILDEFONSUS igitur in *Querimonia* ſua cauſam & ſuam & Societatis ſuæ agere inſtituit. In principio ſtatim non querimoniarum ſed conuitiorum plauſtra congeſſiſſe vide-

"videtur: " Ad manus noſtras, inquiens, " nouiſſime peruenit Libellus quidam paruus " corpore ſed malitia greges: Libellus, in- " quam, ſi folia numerentur, minimus ſed " liuore prægrandis, maximeque famoſus, " imo infamis: indignus quidem lucis utpote " inferni inter tenebras fabricatus: titulus eſt; " *Practica moralis Jeſuitaram*, pars ſecunda. " In eius prima fronte legitur aſſumptum con- " uitiandi & diffamandi religioſiſſimam ac ſa- " pientiſſimam Familiam Societatis Jeſuiticæ, " quæ in eccleſia mirificum ortum habuit &c. " p. 2. fallitur adſeuerans: *Theatri Jeſuitici* auctorem appellari SURIEN eſſeque natione Francum, profeſſione Hæreticum Caluiniſtam (contrarium deinde docebimus) & apoſtatam abominabilem, munere adminiſtrum, curatorem & Prædicantem in villa Sedan in Holandia, in libro autem ipſo eius nomen nuſpiam extare. De auctore falſo prodito ſequentem in modum diſſerere pergit: "Gal- " lia non potuit fœtum, quem peperat, con- " tinere, ac infidum filium alere, ideoque in " Holandiam ſe recepit; ubi liberiori conſilio " infremuit aduerſus Dominum & Societatem " eius. " p. 4. aduerſarii ita contendentis verba allegat: " *Theatri Jeſuitici* auctor fuit do- " ctus & probus Religioſi ordinis S. Domini- " ci ILDEFONSUS a S. Thoma, qui ex ſtir- " pe Regia procedens ſe fecit Religioſum ſua " conſcientia motus, cum in ſæculo optime

"poſſet

poſſet permanere & degere ſub nomine Marchionis de QVINTANA, qui eſt unus de proceribus ac locupletibus Caſtellanæ Curiæ: poſtea ſe fecit Malacenſem antiſtitem, dum antea Eccleſiæ Placentinæ fuiſſet Prælatus, quæ Malacenſem ſuperat plus quam in triginta millia ducatorum redditibus. pag. 5. “ ex eadem relatione memorat, librum illum ordinem Jeſuiticum perſtringentem anno M.D.LIV. apud Coimbricenſes typis datum eſſe, atque antiſtitem nominatum occaſionem ſumpſiſſe, dum ſcriptum quoddam Doctoris JOANNIS del AGUILA, cuius titulus: *Ladreme el perro y no me muerda*, refutare intendiſſet. Contra omnes illas accuſationes ILDEFONSUS pag. 8. ſe defendere incipit, ubi verum auctorem religionis cauſa anno 1660. e Francorum Regno patria ſcilicet ſua deturbatum monſtrauit, poſtea pluribus euicit, ſe anno 1655. cum edictum Inquiſitionis contra librum iſtum Anti-Jeſuiticum lucem vidiſſet, nondum literas didiciſſe, librumque citatum intra quinquennium ante profeſſionem ſuam emiſſum eſſe. Equidem nec SURIEN nec ILDEFONSUM tractatus huius auctorem fuiſſe iudico; ab illo natione Gallo ſed Caluiniſta tanta Societatis huius arcana & vitia intra monaſteriorum clauſtra commiſſa prodi vix potuiſſent: De hoc vel inde, quod auctoris ſiue fictum ſiue verum nomen reticuit, ſatis conſtat, tractatum ipſum eius ad oculos

nun-

nunquam perueniſſe: Titulus autem plenus hic eſt:

Teatro Jeſuitico Apologetico Diſcurſo con ſaludables y ſeguras dotrinas por el Dotor FRANCISCO de la PIEDAD. En Coimbra. Guil. Cendrat. M.DC.LIV. 4.

Tribus circiter Alphabetis, ut ita loquar, conſtat, & Jeſuitarum fraudes, Sodomiam aliaquè inmánia crimina viuis, quod aiunt, coloribus depingit, qua de cauſa ab iisdem Theatri huius exemplaria ſollicite conquiſita & ſuppreſſa ſunt, adeo ut præter illud, quod in Bibliothecam Regiam Pariſienſem ex Bibliotheca Telleriana translatum eſſe nouimus, nullum librorum curioſorum ſectatori ſe obtulerit. confer Bibl Tellerian. p. 251.

XLV.

Le Rommant de la Roſe, nouuellement reueu & corrigé oultre les precedentes Impreſſions. (in fine) *a Paris.* M.D.XXXVIII. 8.

pagg. 303.

Loco præfaminis eſt expoſitio tractatus huius moralis, qui de Arte amandi agit. Fabula hæc Romanenſis a duobus nobilibus auctoribus & laudabili alias ſcientia præditis ſcilicet a JEHAN de MEUNG & *maiſtre* GVILLUME de LAURIS (prout nomina gallice ſcripta inueni) compoſita eſt, quorum prior

prior opus inchoauit, poſterior cognomine CLOPINEL', quoniam pede claudicabat, appellatus continuauit & abſoluit. Editio prima, quæ ſecundum MENAGIUM Menagianorum T. IV. p. 67. & BAILLETUM *dans les Iugemens des Savans* T. IV. p. 33. anno M.D.XXIX. in 8. apud GALIOT du PRE prodiit, mendoſior fuit hac, quam nos adduximus, ſicuti ab auctore expoſitionis nouæ annotatum eſt. Idem prolixius narrauit, unde Roſæ cognomen liber hic poëticus nactus ſit & quatuor ſignificationes vel potius accommodationes attulit. Per roſam nimirum intelligi debere 1) ſtatum ſapientiæ, quæ aſpectu ſuauiori, dulcedine atque odore ſuo amantes allicere ſoleat: 2) ſtatum gratiæ, cuius ſummam, ſicut in roſis decerpendis, difficultatem dari non quidem a parte Dei, qui omnipotens eſt, ſed a parte hominis peccatoris, renitentis ſeque a Deo donorum gratiæ collatore abalienantis: 3) Glorioſam Mariæ virginitatem, propter bonitatem, ſuauitates & perfectiones gratiæ, quibus omnes ipſam venerantes in præſenti beare ſoleat: 4) gloriam æternæ beatitudinis, cuius infinitatem perpetua animi dulcedine hac in vita iam deguſtare poſſent illi, qui vitia, quæ viam ad beatitudinem præcludunt, euitant. Tantam porro libri huius utilitatem prædicat, ut theologi, philoſophi, aſtrologi, geometræ, alchymiſtæ atque optici mirabilia exinde percipere

queant. Figuræ ligno inciſæ affectuum amoris, auaritiæ, zelotypiæ &c. externa ſigna, quasdam veterum fictiones & hiſtorias repræſentant. Locus memorabilis, ex quo editionis ſuæ, qua uſus eſt, præſtantiam iudicare voluit MENAGIUS folio eodem 172. extat & ſequentibus verſibus comprehenditur:

Toutes etez, ſerez ou fûtes
De fait ou de voulente putes
Et qui tres bien vous chercheroit,
Putes toutes vous trouveroit.

Satyra hæc oſtendit, quam male in ſexum ſequiorem auctor affectus fuerit, nec mirum, eundem virginum Pariſienſium iram & conuitia in ſe concitaſſe. vide Menagiana l. c. URBANUS COUSTELIER anno 1713. nouam huius fabulæ Romanenſis editionem parauit, id quod ex Relationibus Litterariis (*Nouvelles Litteraires*) Pariſiis anno eodem menſ. Decembr. publicatis p. 70. didicimus, ibidem libellus idem *fort recherché & tres rare* ſalutatur, ſimulque annotatur, Fratres Roſæ Crucianos id eſt, Alchymiſtas eo dementiæ veniſſe, ut crederent, auctorem eundem omnia artis ſuæ principia & myſteria recluſiſſe. SORELLUS in Bibliotheca Gallica p. 168. libellum vaniſſimum cum tabulis pictis, quæ forma, habitu & actionibus adſpicientium oculos alliciunt, comparauit. MARTINUS FRANC Poëma ſub tit: *le Champion des Dames,*

mes. Paris. GALLIOT du Pré. M.D.XXX. edidit, quod propter carmina, quibus JOHANNAM Papiſſam illudit, doctis æſtimatur. confer BAYLE *Dictionnaire Hiſt. & Crit. Art. Franc.* qui CROIX du MAINE & VERDIERII memorias inſperſit, quibus nos addimus, in tractatu chymico, cuius inſcriptio hæc eſt: *De la Transformation metallique trois anciens traictez en rithme Françoiſe. Lyon.* M. D. XC. 12. pagg. 57. legi: *Extraict du Romant de la Roſe ou I. CLOPINEL dict de MEUNG parlant des faicts tant de Nature que de l'art ſon imitateur eſcript.*

XLVI.

LUDOV. HENR. LOMENII Briennæ Comitis Regi a Conſiliis, actibus & Epiſtolis, Itinerarium. Pariſiis. typis Cramoſianis. M.DC.LX. 12. pagg. 39.

Veritati omnino conſtat, editionem alteram, quæ curante CAROLO PATINO D. M. P. prodiit anno M. DC.LXI. 8. auctiorem & ſplendidiorem apparuiſſe, non enim tantum antiquitates atque inſcriptiones inprimis illæ, quæ in ſacellis ac templis cernuntur, verum etiam aliæ figuræ æri inciſæ, prolixior quoque expoſitio, & NIC. SANSON Index Geographicus in LOMENII Itinerarium, acceſſerunt: nihilominus in Patiniana iſta editio-

ne omiſſus eſt locus, qui in noſtra, quam præpoſui, editione poſt verba: *Weſtrogoticis ſiluis equitantes inducti:* ita incipit: *Lincopiæ ob loci religionem non omittendæ tantillum ſubſtitimus, ubi cippus lapideus, pertuſus, explorandæ maritorum membroſitati, qui pares &c.* quæ, ne verecundiæ fines tranſeamus, ſilentio præteriiſſe ſatius erit. Allegata hæc verba in editione formæ minoris pag. 18. deprehendi. Nec id ipſum PATINUM latuit, ſiquidem in præfatione: "Unum te moneo, inquit, huic "editioni, cui nihil deeſt, voluiſſe LOME-"NIUM aliquid deeſſe, quod ſcilicet We-"ſtrogothicis ſiluis per errabunda veſtigia mo-"roſæ viæ pellendis tædiis iuueniliter luſerat, "ſapientiorem ætatem & pudorem ſuppres-"ſiſſe." Notam hanc debemus Editoris præfationi ad PET. DAN. HUETII Commentarium de Rebus ad eum pertinentibus. Amſt. 1718. 8. ubi verba eadem præter voculam unicam *moduli* accurate transſcripta eſſe videbis. Qualis ſit *Recueil de Monſieur de LOMENIE,* liber primus MStus *dans le Memoire des Manuſcrits de la Bibliotheque de Mr. FOUCQUET. Paris.* 1667. 12. ſcire aveo, non itinerarium, ſed acta publica eſſe coniicio.

XLVII.

XLVII.

Catalogus virorum illuſtrium veteris & noui teſtamenti, nec non omnium primitiuæ Eccleſiæ cum ſucceſſoribus Pontificum in Eccleſia Romana, Conſtantinopolitana, Antiochena, Alexandrina & Hieroſolymitana in Eccleſia pariter Aquileiæ, Rauennæ, Mediolani, Pariſiorum ac in aliis antiquioribus Galliarum Eccleſiis, cum cauſis diſſenſionis Eccleſiæ Romanæ & Orientalis, Autore Frat. STEPHANO LUSIGNANO, *de regio Cypri ſemine Rector ſacræ theol. Ordinis Prædicatorum. Pariſiis.*
Guil. Niger. M.D.LXXX. 8.
pagg. 82.

Inſcripſit JO. ROCHEFOUCAULT abbati, qui ex Luſignanorum progenie cum familia ſua originem duxerat. Præter nomina chronologice diſpoſita nihil inuenio, quod prodeſſe ac delectare poſſit. Incipit libellus Regum, Sacerdotum, Apoſtolorum atque diſcipulorum Chriſti enumeratione, poſt quam etiam non interruptam Pontificum Romanorum ſeriem præpoſito Petri Apoſtoli nomine conſarcit: Quilibet facile intelligere poterit, LUSIGNANUM fabuloſis doctrinæ ſuæ traditionibus nuſpiam pepercisse: Poſt LEONEM IV. Schiſma decimum tertium con-

 ſtituit,

ſtituit, cui occaſionem dediſſe JOANNEM Papiſſam, de qua ita ſcribit: *Joannes fœmina non annumeratur in catalogo Pontificum ſed potius antipapa erat, de Anglia, alii dicunt, de Maguntia, alii dicunt, figmentum eſſe.* Pari ratione Patriarchas & hæreticos Eccleſiarum reliquarum recenſet, pag. 74. quæſtiones ventilat: cur Eccleſia Orientalis ſæpe a Romana fuerit ſuperata, quas inter diſſenſionem propter celebrationem Paſchatis, obedientiam Rom. Pontifici denegatam, frequentem multorum antipaparum exiſtentiam, & translationem ſedis Pontificiæ in Franciam retulit, ante *peſtiferam huiusmodi ſchiſmatis diſcordiam omnes verum Petri ſucceſſorem Cepham, id eſt, caput Eccleſiæ petram ſolidam fidei non errantem (licet peccatorem) in his, quæ fidei erant & ſunt, agnouiſſe.* Vniuerſum orbem in ſex partes tanquam *principales Dioceſes imperii Romani* diuidit, prouinciasque vel olim vel tempore ſuo vel etiam nunquam Regimini Pontificiorum ſubiectas, earumque Patriarchas, Sacerdotes & religionis totius œconomiam enarrat. Quod ad LUSIGNANUM attinet, ipſe omnino ex clara & antiqua Luſinianorum ſtirpe regia (quæ tribus retro ſeculis & amplius regno Cyprio Hieroſolymitanoque potita eſt) oriundus circa an. 1537 natus eſt. v. JAC. QVETIF ſcriptores ordinis Prædicatorum. T. II. p. 300. Scripta eiusdem reliqua diligentiſſime annotauit FRANC. la CROIX du

du MAINE *dans la Bibliotheque de France.* p. 78. ex quibus propter familiam Luſinianorum a Regia ſtirpe deriuatam memorari debet: *Chorografia & breue Hiſtoria uniuerſale dell' Iſola de Cipro principiando al tempo di Noe per inſino al* 1572. *per STEFFANO LUSIGNANO. Bologna.* Aleſſ. Benaccio. M.D.LXXIII. 4.

XLVIII.

Le Liure de Sainctz Anges: compilé par frere FRANCOIS EXIMINES de l'ordre de freres mineurs. Paris. Michel le Noir. M.D.XVIII. 4.

Antiquior editio Geneuæ an. M.CCCC.LXXVIII. in fol. typis exſcripta allegatur a Celeb. MAITTAIRIO Annal. Typogr. P. I. p. 385. Edit. recentioris. Et quantum coniicere licet, verſionis latinæ mentio fit a LUCA WADDINGIO in Bibl. Scriptor. Ord. Min. p. 115. ſub tit: FRANCISCI de EICIA, Theſaurus Angelorum, in quo pleraque habentur Prædicatoribus & Confeſſoribus utilia. Aſturcię. 1547. 4. Præter Angelorum elogia, operationes inſolitas, quæ ſanctis quibusdam illorum præſentia contigiſſe traduntur, & figuras faſtidioſam quandam fidei ſimplicitatem arguentes nihil inuenies quod librum magno ſæpius pretio venditum commendare poſſet.

XLIX.

PAULUS MINERUA de Libro Apocrypho cum Catalogo & Indice auctorum & librorum apocryphorum. Neapoli. Franc. Sauius. M.DC.XL. 4.

Catalogum hunc oppido rarum puto; FRANCISCO Cardinali BUONCOMPAGNO Archiep. Neapol. nuncupatus eſt. Auctor natione Apulus, patria Barenſis fuit, conuentus S. Dominici Neapolitani profeſſus. Cum pauciores & quod miror, TOPPIUS in Bibliotheca ſua Neapol. p. 236. hunc & alium tractatum *de Neomeniis SALOMONIS. Vici Æquenſis.* 1599. in 4. excuſum neglexerunt in eam fere adductus ſum opinionem, Pontificios, qui Apocryphos omnes in Canonicos mutare malunt, nimium tæduiſſe allegare librum, in quo Apocryphi nominantur quidam, alias inter canonicos relati. Vtriusque tamen tractatus memoriam conſeruauit JAC. QVETIF in ſcriptoribus ordinis Prædicatorum recenſitis, T. II. p. 547.

L.

L.

L'Alitinonfo di M. GASPARO SCARUFFI Regiano per fare Ragione & Concordanza d'oro & d'argento; che ſeruira in uniuerſale tanto per prouedere a gli infiniti abuſi del toſare & guaſtare monete; Quanto per regolare ogni ſorte di Pagamenti & ridurre anco tutto il Mondo ad una ſola Moneta. Reggio. Herculiano Bartoli. M.D.LXXXII. fol.

Huic accedit:

Breue Inſtruttione ſopra il Diſcorſo fatto dal Mag. GASP. SCARUFFI per regolare le Coſe delli Danari. Reggio. Idem. M.D.LXXXII. fol.

Iuuat tractatus rarioris, cuius argumentum ex tituli amplitudine ſatis ſuperque apparet, memoriam heic conſeruare. De auctore ipſo ne veſtigium quidem in Elogiorum ſcriptoribus, quibus Italia ubertim gaudet, occurrit. Attamen SCARUFFORUM familiam Regii Lepidi quondam floruiſſe ex GIOU. GUASCO *Storia Litteraria dell'Academia di belle Lettere in Reggio. Reggio.* 1704. 4. p. 209. doceor, qui NICOLAUM MARIAM SCARUFFUM *nell'Academia di Franceſco Taccoli L'ARDITO* dictum allegat.

L I.

JO. BONIFACIUS de honeſta puerorum educatione. 8.

Non tam liber quam editio eius in portu Macaënſi facta raritatis cauſa annotari meretur, ſiquidem ALEXANDER VALIGNANUS natione Italus patria Theatinus, qui ad Viſitatoris munus obeundum in Indiam orientalem miſſus erat, prototypos characterum ſumptibus ſuis non ſine magno labore comparauit adeoque perfecit, ut in Inſulis Japonicis libri negotio admodum facili excudi potuerint. Cumque tractum Goam inter & Malacam ſæpenumero peragraret, factum, ut aliquantiſper in celebri Sinarum portu commoraretur & BONIFACII Libellum tanquam inſigne præſentiæ ſuæ monumentum ibidem excudi curaret. De anno impreſſionis certi haud ſumus, quandoquidem exemplar, quod manibus noſtris tractauimus, titulo deſtituebatur. Alioquin VALIGNANUM anno 1606. obiiſſe ex PETRI RIBADENEIRÆ & PHIL. ALEGAMBE Bibl. Scriptorum Societ. Jeſu p. 25. conſtat. Iidem in JO. BONEFACIO dexteritatem, quam per optimum vitæ ſuæ ſpatium iuuentuti erudiendæ impendit, valde laudauerunt, ſed editiones tantum duas, ſub tit. Chriſtiani pueri Inſtitutiones adoleſcentiæque perfugium. Burgis

gis an. 1588. & Ingolſtadii an. 1607. impreſſas notauerunt. conf. l. c. p. 424.

LII.

Theatri Romani Orcheſtra JO. BAPT. LAURI Peruſini Dialogus de Viris ſui ævi doctrina illuſtribus, Romæ. M.DC.XVIII. *Opera & ſtudio JUSTI RIQUII Belgæ in lucem editus. Romæ.* Andr. Phæus. M.DC.XXV. 8.

Idem RIQUIUS ſ. RICKIUS natione Belga, (cuius de ſcriptis legi meretur eius Epiſtola ad AND. VALER. DESSELIUM, ubi de RYCQUIIS ſcriptoribus iucunde diſſeritur: euolue Epiſtolarum Selectarum Centuriam alteram nouam. Louan. 1615. 8.) docto in præſamine temporis tum elapſi eruditos & Mæcenates enumerauit atque de MEDICÆIS, RUUEREIS, BEMBIS, SADOLETIS, ACCOLTIS, BORROMÆIS &c. præclara elogia congeſſit. Perſonæ colloquentes BERALDUS & VELIA in Dialogo ipſo introducuntur & pag. 73. quædam LAURI epiſtolæ in Centuriis duabus Peruſ. anno 1618. & Romæ anno 1621. impreſſis haud extantes ſubiiciuntur, ſequitur *Titanopœia ſiue de fabricatione phyſica allegoria* (quod opuſculum ſecunda vice Romæ una cum Poëmatibus eiusdem anno

M.

M.DC.XXIV. editum eſt) & JO. THOMÆ GILIOLI *Conſolatio ad LAURUM ſuper fratris obitu.* Ex dialogo iſto doctiſſimorum inprimis Italorum merita atque labores, in quibus tum temporis fuerunt, noſcere licet, ſtyli etiam, quo utitur, nitor in elogiorum multitudine alias tædioſa lectorem ſuauiter detinet. Celebratur ipſi pag. 33. Burgheſiana (M. ANTONII BURGHESII) Bibliotheca in qua lectis undique voluminibus Lucullianæ exæquanda & habuerit Religio ſacrarium & multiplex liberalium artium conglobatio diuerſorium: Pag. 50. in laudes ANG. ROCCÆ pari modo excurrit; "ANGELUS ROCCA, "inquiens, Epiſcopus Tagaſtenſis Apoſtolici "Sacrarii Præfectus vulgatis lucubrationibus "ſuaque ipſius Angelica Bibliotheca apud Au-"guſtinianos ſodales magnis ſumptibus exci-"tata publico programmate memorandus. Confer AUGUSTINI OLDOINI Athenæum Auguſtum de Peruſiorum ſcriptis. Peruſiæ. 1678. 4. qui Dialogum de quo iam ſermo fuit, primum opera & induſtria JUSTI LIPSII anno M.DC.XVIII. editum eſſe, ſcripſit, eaque præter LAURUM propter eruditionem latinæque linguæ candorem laudauit.

LIII.

LIII.

L'Art d'imprimer par le Sieur CATHERINOT. *Bourges*. M.DC.LXXXV. 4.

Artem typographicam circa annum 1450. in Germania inuentam eſſe contra illos,qui honorem iſtum Batauis vindicare maluerunt, adſerit. GUIL. DURANDI *Rationale officiorum diuinorum Moguntiæ* 1459. & *Biblia* Ibid. anno 1462. inter codices impreſſos primum obtinere locum. A qua quidem ſententia ut ego abeam, facit *Pſalterium* anno 1457. typis exſcriptum, nec id ipſum omnium primum impreſſum eſſe, pro certo atque indubitato affirmauerim, cum enim inuentum illud,quamdiu fieri potuit, celatum ſit, primos etiam codices ſine temporis & typographi mentione euulgatos eſſe, ſemper credidi: *Pſalterium* illud ex verſione vulgata *cum aliis hymnis eo tempore cani ſolitis Moguntiæ per* JOANNEM FUSTH & PETRUM SCHOEFFER editum in fol. hodie extat in Bibliotheca Vindobonenſi. vide PETRI LAMBECII Comment. de Biblioth. eadem. T. II. p. 989. & CHEUILLIER *dans ſon traité de l'origine de l'Imprimerie*. p. 13. nec non Menagiana. T. II. p. 405. Extat etiam in Bibliotheca publica Freibergenſi, cui de tam egregio neque ſatis æſtimando κειμηλίῳ gratulamur. vide Præceptoris quondam noſtri honoratiſſimi, Cl. SAM.

SAM. MOLLERI Progr. de Bibliotheca Freiberg. an. 1726. Sed ad CATHERINOTI ſchediaſma reuertamur, ibidem ſtatuit characteres primos tantum ligneos admodum Roſarii coniunctos fuiſſe, terminos technicos & typorum genera enumerat, certasque literas, prout linguæ cuiusuis genius poſtulat, modo plures modo pauciores inueniri annotat, ſic e. g. Gallos literam *e*, Hiſpanos *o*, Italos *i*, Germanos *v*, Hebræos *a*, Polonos *k* præ cetera amare. De ornamentis, quibus typographi codices ſuos decorare ſolent, recte iudicat, ea non tantum ad pretium augendum verum etiam ad commendationem librorum bonorum æque ac malorum ſaltim apud indoctos plurimum conferre. Proportionem ac dimenſionem literarum typographis noſtris accuratius obſeruatam laudat. In editionibus principibus & codicibus primis colligendis adeo curioſum & induſtrium ſe præbuit, ut ipſis MAITTAIRII Annalibus Typographicis ſupplementa non pauca exinde accreſcere potuiſſe, nobis certo perſuadeamus. Typographiæ ac Typographi celebriores, qui ſcriptis inclaruerunt, cum laude adducuntur, nec minus peculiaris eaque quam honorifica mentio facta eſt de illis, qui ſumptibus, fauore & auctoritate artem diuinam feliciter promoue-runt. Præter ignem & aquam, exitiales omnis literaturæ hoſtes, proceſſus contra libros & paupertatem typographis ſemper inimicam

exti-

extitiſſe dolet, idque MANUTIORUM, STEPHANORUM, OPORINI & DOLETI exemplis demonſtrat. Jura, priuilegia & nobilitatem inter præcipua typographiæ præmia refert. Abuſus in typographiis duplices diſtinguit, alterum, qui in librorum eccleſiæ, ſtatui ciuili & honeſtatis præceptis aduerſantium publicatione conſiſtit, alterum, qui impreſſionem charactere vel nimis grandi vel minutiſſimo factam reiicit. Symbola & ſigilla Serie Alphabetica colligit, typographiam elogio præſtantiſſimo ornat, ſuamque in ſcribendo breuitatem excuſat, ſemper ſcilicet veritus, ne in Patris de FOUR Catalogum, quem de officinis librariis grandiorum Voluminum impreſſione conſumptis ſcribere animum induxerat, nomen ipſius inferretur, Elenchum omnium ſuorum librorum in Theologia, Jure Romano, Canonico & Francico tum editorum, tum prelo paratorum ſubiungit.

LIV.

ERNESTI VÆNII, Tractatus Phyſiologicus de Pulchritudine iuxta ea, quæ de Sponſa in Canticis Canticorum myſtice pronunciantur. Si quid vel diſcere vel ignorare opus ſit, in Scripturis diſcemus. CHRYSOST. 2. ad Timoth. Homil. IX. Bruxellis. Franc. Foppens. M. DC. LXII. pagg. 60. c. f. æ.

In dedicatione ad JO. BAPT. MÆS directa ERN. VÆNIUS, (de quo præterea nihil, quam quod conſultiſſimus dicatur, conſtat) ita mentem ſuam declarat: *Ego ſic tractaui, ut myſticos omittens ſenſus literæ velut inhærerem, & arcanorum ſenſuum fontes aperirem.* Sed ſi tractatum ipſum inſpexeris, prorſus contrarium patebit, ſenſum literalem reliquit, & accommodationes ex paludibus ſqualidis quæſiuit VÆNIUS in id tantum incumbens, ut ingenium, quod certe nunquam ſine mixtura dementiæ fuit, oſtenderet. Prima figura diuerſa capita cum verbis ſequentibus ſiſtit: *Caput tuum ut Carmelus.* Proſa II. explicat verba: *Oculi tui columbarum*, ubi de oculis differit & orbicularem ocellum rotundo præfert. Proſæ III. præponit verba: *Naſus tuus ſicut Turris Libani, quæ reſpicit contra Damaſcum;* Turrem eandem proportionis quaternariæ fuiſſe, adſerit, & tum de numero

mero quaternario ac variis naſorum formis docet & naſum paruulum commendat. Proſa IV. inſcribitur: *Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut Turturis:* hæc de planitie in maxillâ triangularem formam ex parte faciei figurante explicat, quippe quæ ſpecies præcipue turturibus communis ſit. Loca quædam memoratu digna heic occurrunt, alter pag. 22. ubi contendit, poſt lapſum ADÆ monſtra turpesque formas contigiſſe tanquam generalem imperfectionem aliquam, quæ eſſet pœna peccati in omnibus corporibus & creaturis, excepto Chriſti corpore Saluatoris, qui ſpecioſus forma præ filiis hominum appareret & deprêhenderetur: alter p. 23. extans auctorisque ſententiam, qua virginem Mariam peccato liberam pronunciat, aperit: Quemadmodum ſpinis non læditur aut fuſcatur lilii candor, ita nec peccato læſa aut fuſcata fuit Beatæ Mariæ virginis animæ pulchritudo. Hac itaque ratione ſecundum dicta ex Cantico Canticorum propoſita de geniis, labiis, dentibus, capillis, colore, voce, collo, uberibus & ſtatura diſſeruit, rerumque argumenta ex ſimilibus, locis auctorum veterum, interdum etiam ex antiquitate congeſſit. Proſa XIV. qua in verba: *Tota pulchra es amica mea & macula non eſt in te*, toti opuſculo, inutiliſſimo ſane colophonem imponit. Cuiuis Sectioni effigies interiecta eſt, quæ pulchritudinem ſecundum eam, quam tractat, partem adumbret,

 facie

facie iuxta & figura animalis, cui homo aſſimilatur, adpoſita.

LV.

JOSEF RODRIGUEZ Bibliotheca Valentiana cum Appendice. fol.

Opus nondum ad finem perductum imprimi cœptum eſt Valentiæ anno M.DCC II. & III. quo RODRIGETIUS, homo alias diligentiſſimus, ſed non admodum doctus, fatis ceſſit. Raritas eius inde naſcitur, quod pauca exemplaria ex Monaſterii, in quo recondita fuerunt, clauſtris euaſerunt. Plenius hæc omnia edocemur a celeberrimo GREGORIO MAYANSIO in Epiſtolis p. 300. "Rodri-" "guez, Bibliotheca publici iuris non eſt facta, " "propterea quod eius auctor frater JOSE-" "PHUS RODRIGUEZ, cum operis editio " "iam ad umbilicum perueniret, è viuis de-" "ceſſit IV. Kal. Dec. an. 1703. ætatis ſuæ 73. " "Auctor ego fui Monachis, ut ſuppleant, quæ " "deſunt, aut ſaltem, ut publicent Bibliothe-" "cam præfatione præmiſſa. Sed vento " "locutus ſum.

LVI.

LVI.

(*GABR. NAUDE'*) *Maſcurat, ou Jugement de tout ce qui a été imprimé contre le Cardinal MAZARIN, depuis le ſixieme Janvier juſques à la Declaration du premier Avril mil ſix cens quarante-neuf.* (*Paris.*) 4.

Librum, quem omnes collaudant eximie & vehementiſſime comprobant, quotquot eius notitiam habent, eruditi, denuo inter rariores a me poni libros, vel ab illis excuſatum iri crediderim, qui editionis utriusque diſcrimen penitius noſcere adhuc exoptant. Prior editio lucem vidit Pariſiis an. M.DC.XLIX. in 4. prout docemur ex GUIDONIS PATINI Epiſtolarum Selectarum XVIta Tomi. I. p. 53. Edit. Pariſ. anno eodem ad C. S. M. D. (CAROLUM SPONIUM) ſcripta: *Il' y a ici* (*à Paris*) *un livre nouveau intitulé: Jugement de tout ce qui a été imprimé contre le Cardinal MAZARIN. C' eſt un parti du quel je ne puis étre, ni ne ſerai iamais.* Hæc 492. paginis abſoluitur. Poſterior editio quæ 717. paginas continet, quibusdam Amſtelodami, mihi potius etiam Pariſiis anno M.DC.L. in 4. excuſa eſſe videtur. Confer. Catalogus Scriptorum NAUDÆI *Naudæanis* p. 238. inſertus, & *de la ROQUE in the Memoirs of Literature. Lond.* 1710. fol. p. 92. Hic videlicet in recenſione, quam de CHRISTI. GRYPHII Diſſ.

de ſcriptoribus Hiſtoriam Seculi XVII. illuſtrantibus ſubiungit ad *τὸ Maſcurat* delatus ita differit: *That Book was printed at Paris* 1650. 4. *without the authors Name.* Vides itaque, quod ROCQUIUS in loco impreſſionis deſignando mecum conſentiat: at in eo, quod editionem eandem primam vel ſolam extare putauerit, omnino fallitur. Quamuis autem binis vicibus liber iſte exſcriptus ſit, ex teſtimonio tamen CHRISTI. GRYPHII l. c. iam olim liber rariſſimus & venuſtiſſimus fuit, & hodie dans *le Recueil de Literature. Amſt.* 1730. p. 21. *ce livre curieux & rare appellatur.* Hoc quidem elogium de editione poſteriori tantum intelligi malunt eruditi Lutetiæ Pariſiorum degentes, utpote qui priori nunquam pretium æquale ſtatuere ſolent; Verum enim vero neque iſti, quam oculatiſſimi etiam alias videri velint, βιβλιογνῶσται ceterorum diligentiam non ſemper præueniſſe putandi ſunt. Collatione enim utramque inter editionem ſtudioſe facta perſpicere licuit, illum, qui Collectionis Literariæ apparatum iactat neutra facile carere poſſe, niſi alterutram tantum poſſidens editioni ſuæ cuicunque optima quæuis loca deeſſe, ſimul confiteatur. Non enim paginarum tantum numero verum argumentorum etiam varietate paſſim a nobis notata ambæ differunt. Quod quidem ne per ſomnium mihi fortaſſis obueniſſe videatur, age quædam eaque rem Literariam magis ſpectantia heic

ſub-

etoit contraire aux deſſeins de Dieu, qui vouloit, que les plus conſiderables parties de la terre deviſſent le partage des enfans de NOE'; & qu'ils profitaſſent des richeſſes & des commodités de tous les païs. L'abondance & la vie aiſée, qui leur deſtinoit, ne permettoit pas qu'il les laiſsât demeurer dans uns païs ſi reſerré. Auſſi l'Ecriture traitet-elle ironiquement cette entrepriſe; & la punition, que Dieu en fit, eſt plûtôt une faveur, qu'un chatiment. Mais la diviſion ſe mit parmi les ouvriers: les jalouſies & les diſputes en vinrent à un tel point, que l'ouvrage fut abandonné, & les familles ſous la conduite de leurs chefs furent obligées de ſe ſeparer. JAPHET & ſes enfans s'eloignerent au ſeptentrion. CHAM alla vers l'Occident & SEM habita les terres de l'Orient au de la de l'Euphrate. C'eſt dans cette premiere migration, qu'on prétend trouver par la formation des empires, le principe & la chaîne de toutes les hiſtoires. Mais les conjectures immenſes, auxquelles on eſt obligé de s'abandonner, font voir les difficultés de ce ſiſtême. M. BOCHART, qui a été ſuivi du P. KIRCHER & de beaucoup d'autres ſavans, on fait enſorte de les adoucir; mais il en reſte toujours de tres-conſiderables; c'eſt qu'il eſt bien difficile de croire qu'une famille, qui peut-etre n'occupoit point dix lieuës de païs, ait été aſſés nombreuſe pour établir en ſi peu de tems des empires par tou-

te

te la terre: car la connoiſſance certaine, que nous avons de ceux des Scythes ou des Tartares, des Chinois, des Grecs, des Aſſyriens, des Babyloniens, des Ethiopiens, & des Egyptiens, remonte jusques au tems les plus voiſins du Deluge.

La police même, que nous voyons dans ces empires, la perfection des arts & des ſciences, la diſtinction des états & des conditions, un nombre trieux, des loix & un gouvernement differemment formé dans chaque nation, des Religions & des cultes differens, tout cela ne marque point un peuple nouveau. C'eſt ce qui aporté pluſieurs ſavans a ſuivre la ſupputation des Grecs, & quelques autres celle du Samaritain.

Qu'il ſeroit facile au contraire de lever cette difficulté, ſi l'autorité de l'Ecriture & des Peres nous permettoit de dire, que le Deluge n'a pas été univerſel. On ne ſeroit point étonné de voir, que les enfans de NOE' envoïaſſent de tous côtés des Colonies pour faire la conquête des peuples, 3) que le Deluge

3) *Ab his diviſæ ſunt gentes in terra poſt diluvium. Gen.* 10, 32. Il paroîtroit par là, que les enfans de NOE' n'avoient pas ſeulement diviſé la terre entre eux, mais encore les Nations qui l'habitoient, & dont ils devoient faire la conquête.

luge n'auroit pas ſubmergés, & ſe rendre maîtres des roïaumes, qui auroient été avant cette inondation; car il n'y a aucun inconvenient à dire qu'il y avoit alors des empires formés. Si deux cens ans aprés le Deluge on trouve dans le ſiſtême ordinaire aſſés de monde pour peupler l'Aſie une partie de l'Europe & de l'Afrique; combien les hommes ne doivent-ils point s'etre multipliés dix ſiecles auparavant, & quels empires n'auront-ils point formés? Mais toutes ces raiſons, que je régarde comme autant de difficultés, ne doivent point faire abandonner le ſentiment ordinaire; car de quelque côté ſe tourne, on trouve toujours de l'embaras.

Il y a cependant lieu de s'étonner, que dans cette diviſion, MOISE ne parle point des peuplades de l'Orient, comme celle de la Chine, dont l'Empire ſubſiſtoit avant ce ſage legislateur; celles des Negres & ces Indiens de couleur de cuivre, qui n'ont point de barbe, ſans compter les continens nouvellement découverts, qui vrai-ſemblablement n'etoient point alors ſans habitans. Ce ſeroit trop hazarder, que de faire de tous ces peuples des eſpeces particulieres d'hommes: les inductions, que l'on pourroit tirer de la narration de MOISE, ne ſont point des preuves aſſés ſuffiſantes. Néanmoins ces omiſſions ne ſont pas ſans utilité; quand même elles ne ſerviroient

N

roient qu'à nous faire comprendre, que ſon livre n'eſt point deſtiné pour former des Philoſophes & des Naturaliſtes, ni même a nous inſtruire d'évenemens hiſtoriques qui n'ont pas une relation eſſentielle avec ſon ſujet. Ainſi c'eſt en faire un abus viſible, comme il arrive ſouvent, que de prétendre y découvrir toutes Moſes, & de vouloir même aſſujettir les ſentimens d'autrui aux moindres conjectures, qu'on tire des paroles de l'Hiſtorien Sacré.

L'on raporte à cette diſperſion des peuples l'origine & la diviſion des langues. C'eſt à quoi nous engage la force des expreſſions de MOISE: *Erat autem terra labii unius & ſermonum eorundem; venite confundamus linguas eorum.* Ce paroles jointes à l'interpretation de Babel, qui ſignifie melange ou confuſion, font juger, que les differentes langues furent alors inſpirées ſurnaturellement aux hommes & qu'ils oublierent par miracle celle, qui leur étoit naturelle, qui ne ſe conſerva, dit-on, que dans la poſterité d'HEBER, d'où elle paſſa aux Juifs ſes deſcendans. Mais comme on veut par tout de la ſingularité, il ſe trouve encore des Interpretes qui prétendent, que cette diviſion des langues n'eſt pas arrivée ſubitement, mais inſenſiblement, par la corruption & l'oubli de la premiere, lorsque les familles diſperſées vivant à part, ſans relation les unes

avec

avec les autres, ne ſe ſont pas moins formé des dialectes, que des moeurs & des uſages differens, ſous la conduite & la diſpoſition particuliere d'une Providence, qui s'accommodoit en cela au cours ordinaire de la nature.

* * *

Il ne ſeroit pas impoſſible, que MOISE luimeme ne ſe fût ſervi de ce, qu'il auroit trouvé d'utile & de bon parmi ces peuples, pour former, avec ce, que Dieu lui a revelé, le corps de la religion Judaïque. Quel danger y auroit-il à croire, comme l'ont fait de ſçavans 1) hommes, que les Juifs ont pris des Egyptiens

 pluſi-

1) SPENCER & le Chevalier MARSHAM croient, que les Juifs ont pris des Egyptiens une grande partie de leurs ceremonies religieuſes; cependant pluſieurs autres ſçavans leurs ſont oppoſés en ce point. C'eſt ce qu'on peut voir dans M. FERRAND, (Reflexions ſur la religion Chretienne, Tom. II.) Dans le Pere ALEXANDRE *in ſelectis capitibus Hiſt. Eccleſ. Vet. Teſt.* & dans le livre de WITSIUS intitule: *Ægyptiaca.* Il y a une choſe certaine, c'eſt que JEREMIE met les Egyptiens à la tete de tous les circoncis. *Viſitabo ſuper omnem qui circumciſum habet præputium, ſuper Ægyptum*

pluſieurs de leurs ceremonies legales? un legislateur auſſi ſage que MOISE, auroit-il heſité d'adopter quelques obſervances d'une religion, qui a été ſi pure dans ſon principe, quoique tres-abſurde dans ſes conſequences? Elle reconnoiſſoit un être inviſible & tres parfait, au quel ſeul elle adreſſoit des voeux & des priéres, & auquel elle enſeignoit qu'on devoit plaire par la pureté de conſcience & par la pratique de la vertu. Il eſt vrai, que le peuple, qui la profeſſoit etoit naturellement ſuperſtitieux, avide de choſes extraordinaires, & de toute nouveauté. En falloit-il davantage pour engager les legislateurs Egyptiens à ſe ſervir de cette timidité religieuſe pour faciliter l'obſervance des loix civiles. Dans cette vûë, ils attribuerent à une même profeſſion, qui fut celle des prêtres, la ſcience de la religion & la connoiſſance des loix. Ils leurs accor-

ptum, ſuper Judam & ſuper Edom & ſuper Ammon, & ſuper Moab. Jer. cap. IX, 25. 26. a quoi S. JEROME ajoûte les Sarrazins des déſerts. C'eſt auſſi le ſentiment de PIERRE VATTIER dans la preface d'l'Egypte du MURTADI, ou il dit que le ſentiment ſuivi depuis par SPENCER & le Chevalier MARSHAM n'eſt pas ſans quelque fondement: car la circonciſion ne fut ordonnée à ABRAHAM, que depuis ſon voyage d'Egypte.

accorderent même l'autorité neceſſaire pour en exiger l'execution, & pour diſpenſer la juſtice aux particuliers. Par ce moïen, on conſacra en quelque ſorte les reſſorts du gouvernement, qui devinrent plus reſpectables par leur union avec la religion, qu'ils ne l'étoient par la ſeule crainte de la puiſſance ſeculiere. Cette conduite qui produiſoit un bien réel dans l'état, ne laiſſoit pas d'être expoſée à de grands inconveniens. C'eſt qu'en revetant les prêtres de cette autorité ſans bornes, elle abandonnoit la religion à toutes les inventions, dont il leur plaiſoit de la charger, pour s'attirer une ſoumiſſion plus aveugle de la part des peuples. En effet l'hiſtoire nous apprend de quelle maniere ils ont alteré de ſiecle en ſiecle la ſimplicité du prêmier culte, de ſorte, que dans les derniers tems, il ne reſtoit aucune trace de cette religion autrefois ſi noble & ſi pure. Tout ſe trouvoit réduit à des pratiques penibles, ou à l'adoration directe des ſiymboles, ſubſtitués à la place du vrai Dieu, qui fut oublié, pendant que toute l'Egypte, pour ſuivre l'imagination des ſes prêtres, couroit après des monſtres & des animaux domeſtiques, dont elle faiſoit ſes divinitès.

Ils pouſſerent même plus loin leur extravagance, puiſque des Symboles purement civils & politiques devinrent les objets du culte

tè & de l'adoration des peuples. Ainſi on ne feignit pas d'honorer la memoire de leur premier roi, ſous la forme d'un 2) boeuf, par raport à l'utilité de cet animal dont ce prince s'étoit ſervi pour cultiver 3) la terre. Mais inſenſiblement les prêtres multiplierent ſi fort les figures, que diverſité aïant fait oublier ce qu'ils

2) Toute la nation avoit un ſi grand reſpect pour cet animal connu ſous le nom d'Apis & de Serapis, que d'anciens auteurs peu inſtruits ſans doute, quoiqu'ils fuſſent ſur le lieu même, n'ont pas fait difficulté d'enveloper parmi les adorateurs de Serapis, les Chretiens & les Juifs, auſſi biens que le reſte du peuple. J'en donnerai la preuve dans ce que rapporte FLAVIUS VOPISCUS hiſtorien Romain: ou y verra même une lettre de l'Empereur ADRIEN où l'on trouve bien des choſes curieuſes ſur les moeurs & le charactere des Egyptiens. Voici ſes paroles: *Sunt Ægyptii, ut ſatis noſti, viri ventoſi, furibundi - - - Epigrammatarii* (on diroit qu'il dépeint ici la populace Françoiſe) *Mathematici, aruſpices, medici - - - Caveas tamen, ne his Africanus noſter indulgenter utatur.*

3) *Tauros autem ſacros, hunc quidem Apim, alterum Memphim nominatos, ſacrificant Oſiri-*

qu'ils repreſentoient, le culte des peuples ne ſe termina plus qu'à ces types, au prejudice de la choſe repreſentée.

Les villes & les provinces de l'Egypte peu ſatisfaites d'une religion commune & generale, voulurent diſtinguer leur devotion particuliere par l'Apotheoſe de quelque animal, qu'elles regardoient d'abord, comme le ſymbole d'un Dieu tutelaire, mais qui fut pris enfin par le peuple pour la Divinité même. C'eſt de là qu'eſt venu le culte que l'on y rendoit en quelques endroits à des boucs, à des chats, des ſouris, des choüettes, des chevaux, des loups, des leons, des crocodils, des ſerpens, de poiſons & à des oiſeaux. C'eſt ce qu'on voit amplement marqué dans nos auteurs. PLUTARQUE & VOSSIUS ont expliqué ce qui regarde leur doctrine, ou leur croïance; & CASALIUS a marqué ce qu'il y avoit de plus eſſentiel dans leurs ceremonies ou dans leur culte exterieur.

* * *

En fin, les derniers qui ont paru ſur le theâtre de litterature ſont deux celébres Jeſuites,

Oſiridi; quos etiam veluti Deos Ægyptii omnes colunt. Hoc enim animali tritici inventores multum adiutos ſe aſſerunt, & ad ſerendum & ad communem agrorum culturam. DIODOR. SICUL. Lib. I.

ſuites, dont l'un, (c'eſt le Pere CATROU) étoit connu déja par un ouvrage hiſtorique aſſés eſtimé, & par un etraduction & un commentaire ſur VIRGILE. La ſcience du Pere ROÜILLE' étoit reſtée dans le cabinet, il paroit ici comme un auteur tout neuf: Au moins j'ignore qu'il ait rien publié avant ſon hiſtoire Romaine. Elle eſt d'une ſi grande & ſi vaſte étenduë, qu'à peine laiſſeroit-elle le tems de lire ies originaux, ſi on avoit la patience de l'étudier avec le ſoin & l'attention, qui eſt dûë aux bons ouvrages des modernes. La narration qui ſent le romanne répond ni par l'exactitude, ni par le ſtile à la dignité neceſſaire pour une hiſtoire auſſi grave. L'apprehenſion que ces deux illuſtres écrivains ont euë de rien laiſſer échapper d'hiſtorique, les a trop ſouvent engagés dans de minuties, & des détails peu convenables à une hiſtoire générale. Ils ont rapporté juſques aux plus chétives harangues des anciens auteurs. On ſçait, que ces morceaux doivent être traités dans l'hiſtoire avec beaucoup de circonſpection & de ſageſſe. Ce ſont des diſcours oratoires, que les anciens avoient introduits, moins pour repréſenter la verité hiſtorique, que par une eſpece de neceſſité, où ils ſe trouvoient de donner à leurs concitoiens de modeles de ces harangues, qu'ils étoient tous les jours obligés de faire dans le gouvernement

de

de la Republique. Les Peres CATROU & ROÜILLE' ſçavent mieux que perſonne, que les mœurs & la maniere de gouverner n'étant plus les mêmes, il falloit une extreme reſervé dans ces parties de leur travail, & qu'ils ne devoient s'y livrer, que dans des conjonctures indiſpenſables, où les tems, la vrai-ſemblance & la nature des affaires pouvoient donner lieu à ces ſortes de diſcours, ſans nous accabler par des declamations de Rheteurs, dont leur hiſtoire eſt remplie. Ils ont ſi mal copié les anciens, qu'ils ſeroient capables de degoûter de la lecture des auteurs originaux, ſi on les prenoit pour de fideles imitateurs. Il eſt facheux que les notes, dont ils ont accompagné leur hiſtoire, ſoient encore en toutes manieres plus mauvaiſes que le texte. Il ne falloit pas ſe mettre deux pour faire un ſi mediocre ouvrage: un ſeul auroit ſuffi, & l'auroit, peut-être donné meilleur; & ne valoit-il pas mieux r'habiller l'hiſtoire Romaine de SCIPION DUPLEIX, dont le fond eſt plus exact, que celle des Peres CATROU & ROÜILLE' plûtôt, que nous en donner une encore plus mauvaiſe.

On préjuge bien, que je ne conſeillerai pas la lecture de cette hiſtoire; je ne ſuis pas aſſés ennemi du public pour commettre cette faute à ſon égard. Il faut donc, ſi l'on veut étudier exactement l'hiſtoire Romaine, commen-

N 5 cer

cer par celle de Mr. l'Abbé de VERTOT, qui doit être lûë plus d'une fois: Mais comme elle ne paſſe pas les tems de la Republique, on doit après avoir relû la même partie dans celle de LAURENT ECHARDS, la continuer pour connoître l'hiſtoire de l'Empire, quoique dans la traduction françoiſe, elle ne paſſe pas le régne de CONSTANTIN, qui n'y eſt pas même fini. On auroit pû cependant aller jusques a la deſtruction de l'Empire en Occident ſur la fin du V. ſiecle, parceque c'eſt dans cette partie que l'on trouve la ſource de toutes les monarchies nouvelles. Mais il y a lieu d'eſperer, que le traducteur reprendra ſon travail, & le pouſſera auſſi loin que l'a porte l'auteur Anglois.

* * *

Peut-être même a-t-il voulu nous inſtruire d'un uſage, qui n'a que trop paru dans la ſuite de tous les gouvernemens, où les femmes n'ont pas eu moins de part aux grands évenemens que les plus grands miniſtres. Je me ſers ici de la reflexion d'un auteur 4) moderne, dont l'ouvrage eſt entre mes mains, & peut-même confirmer les vûës de PLUTARQUE.

On

4) In margine adjecta hæc erant) Traité manuſcrit de l'utilité des Romans Chap. 2.

On ne ſçauroit diſconvenir, dit-il, que le beau ſexe ne faſſe plus de la moitié du monde raiſonnable, & qu'il ne ſoit la portion la plus eſſentielle de toutes, les cours: mais j'oſe encore aſſurer, qu'il a ſouvent dans les grandes affaires plus de part que les miniſtres mêmes. Ignore-t-on, l'aſcendant, qu'une Reine habile prend ordinairement & ſur le Roi ſon mari & ſur le Roi ſon fils, ou même ce que peut une femme de Miniſtre, quand elle eſt intelligente, & qu'elle ſçait arranger ſa conduite? Peut-on lire ſans étonnement cet en droit de Saint EVREMOND fondé ſur l'hiſtoire? En quelle cour, dit-il, les femmes n'ont-elles pas eu du credit, & en quelles intrigues ne ſont-elles pas entrées? Que n'a point fait la Princeſſe d'EBOLI ſous PHILIPPE II. tout prudent & tout grand politique qu'il étoit? Les Dames n'ont-elles pas retiré HENRY le grand d'une guerre avantageuſement commencée; & lui en faiſoient-elles pas entreprendre une certaine & perilleuſe, lorſqu'il fut tué? Madame de CHEVREUSE a remue cent machines dedans & dehors le Royaume. Et que n'a point fait la Comteſſe de CALISTE? n'animoit-elle pas du fond de Whitehall toutes les factions de Weſtminſter.

On a beau declamer contre elles, les traiter de cruelles & d'ambitieuſes, les regarder comme la cauſe des plus grands déſordres, il faut tou-

toujours y revenir: elles gouvernent, malgré cela, preſque toutes les cours, je doute même, qu'il y en ait aucune exempte de leur empire. Auſſi le Courtiſan ſage & ruſé ſe gard bien d'en avoir quelqu'une pour ennemie, ni même de parler contre le ſexe en general: malheur à ceux, qui les regardent comme une ſexe foible & infirme. Celle qui ne ſe ſent pas toute la vigueur, qui lui eſt neceſſaire, ſe fait appuyer par d'autres: Dans les interêts communs, elles ſavent ſe ſoutenir mutuellement; & quand la force leur manque, elles n'épargnent aucune ruſe de guerre pour ſe rendre maîtreſſe du terrain ou elles veulent dominer: rien ne leur échape; elles ſuivent un projet mieux & plus ſeurement, que ce ſexe fort & vigoureux, qu'elles font néanmoins ſi ſouvent donner dans des pieges de novices. Tout ce que j'ai dit des femmes jusques ici, continuë le même écrivain, ne regarde que le cours ordinaire des affaires. Mais dans quelles revolutions, dans quelles conſpirations, lorsqu'il y en a ne ſont-elles point impliquées? Elles y ſont ſi eſſentielles, que ſouvent elles en ſont l'ame & le mobile. Impenetrables dans les ſecrets ou elles ſont perſonnellement intereſſées, ne penſés pas que rien ſe divulgue par leur imprudence; & cette dexterité pour les intrigues, cette manoeuvre delicate, compoſée artificieuſe, ſi neceſſaire dans les affaires ſecrets, les y fait conduire avec plus d'adreſſe, que les hommes, qui marchent quel-

que

que fois avec un peu trop de confiance & de précipitation.

Deux des plus belles conjurations, que l'on ait vû dans ces derniers ſiecles, ſont celles des Fieſques contre la Republ. de Gennes en 1547. *& celle des Eſpagnols contre la Republ. de Veniſe en* 1618. *On n'y avoit pas employe de femmes: auſſi ont-elles échoüé toutes deux. Voïés au contraire comment elles ſe ſont conduites en d'autres grandes affaires. La ligue veut faire aſſaſſiner HENRY. III. Madame de MONTPENSIER ſoeur des GUISES s'en mêle, & réüſſit par le moïen d'un Moine, qu'elle ſçait adoucir par d'agreables préliminaires, qui donnoient lieu a des plus grandes eſperances. Les Eſpagnols ſe veulent de faire de HENRY. IV. qui leur nuiſoit beaucoup; le vieux Duc d'EPERNON n'auroit pû ſeul y reüſſir: il y mêle la Ducheſſe de VERNEUIL, maîtreſſe disgraciée de ce Prince, elle en vient à bout, malgré les avis qui en furent plus d'une fois donnés à ce grand Roi. Puisque les femmes legitimes, c'eſt toujours le même auteur qui parle, ont tant de credit dans les affaires, quelle autorité n'a point une maîtreſſe? C'a été dans tous les gouvernemens le grand mobile des grands évenemens. On ſe fait un plaiſir d'accorder à une maîtreſſe, ce qu'on croit par devoir être obligé de refuſer à une épouſe. En quelle eſtime étoient même autrefois celles, qui*

ne

ne s'en tenoient point a un ſeul & unique amant, comme ſont aujourd'hui les plus honnêtes femmes parmi nous. N'ont-elles pas brillé juſques dans ces auſteres Republ. de la Grece, où leurs fonctions étoient ſi importantes, qu'on le croyoit ſeules capables de manier l'eſprit des generaux & des chefs; D'adoucir cette rudeſſe de temperament, qui ne paroît que trop dans quelques-uns de leurs heros; de ramener même au centre du devoir ceux, qu'une ambition trop écoutée pouvoit en faire écarter: toutes choſes qu'on déſeſperoit ſans doute de gagne ſur eux par la voye des legitimes épouſes. Il faut que PLUTARQUE les ait regardé comme des perſonnes bien conſiderables, puiſque j'amais il ne perd l'occaſion d'en parler, de les peindre & de nous les faire entierement connoître. Dirai-je tout? Ces oracles de la plus ſevere morale, ces modeles de la vie retirée; enfin ces Janſeniſtes de l'ancien Paganiſme, c'eſt-à-dire, nos premiers philoſophes, ne les dédaignoient pas, & les plus ſages ne le vouloient même qu'à titre de Maîtreſſe, tant cette qualité a toujours eu d'attraits pour tous les hommes.

LXVI.

JO. GELIDÆ, Valentini, Burdigalenſis Ludimagiſtri, Epiſtolæ aliquot & carmina. ARNOLDI FABRICII, Aquitani, viri latinitatis purioris inprimis ſtudioſi & docti, Epiſtolæ etiam aliquot. Rochellæ. Bartolomæus Berto. *M.D.LXXI.* 4.

JACOBUS BUSINUS Burdigalenſis præfatus eſt, atque GELIDÆ laudibus breuem vitæ deſcriptionem ſuperaddidit. Huic patria fuit Valentia Edetanorum, ubi etiam literas didicit, ſed cum patriæ ſapientiæ pœniteret, Lutetiam venit, & quatuor philoſophica ſtadia, quæ quaternorum fuerunt annorum, confecit. JACOBO FABRO Sophiſticæ impoſturam detegente, GELIDA quoque nouum iſtud genus deguſtauit. Quadragenario iam maior Ciceronem ac reliquos latinos auctores legere cœpit primum ac deinde literas græcas auide arripuit. Lutetiæ primum ludo, cui a Cardinale conditore nomen eſt, præfuit, deinde Burdigalæ Aquitanico, poſtquam ANDREAS GOUEANUS Gymnaſiarcha in Luſitaniam a JOANNE Rege reuocabatur,qui GELIDAM una cum GEORGIO & PATRICIO BUCHANANIS fratribus Scotis, NICOLAO GRUSCHIO & GUIL. GUERENTA, Rotomagenſibus, ELIA VINETO, SANTONE, ARNOLDO FABRICIO

CIO Vaſatenſi, JOANNE COSTANO, JAC. TEUIO & ANTONIO MENDE Luſitanis (omnes hi tum præter PATRICIUM & FABRICIUM literas Burdigalæ Gymnaſiarcha GOUEANO docebant) in Luſitaniam ducere voluit, magnis regio nomine propoſitis ſtipendiis; Sed eo ut iret nec prece nec pretio adduci potuit. Venit itaque Burdigalam in locum GOUEANI: anno 1547. GOUEANUS, qui poſt duos menſes redire conſtituerat, Conimbricæ mortuus, & tum GELIDA confirmatus eſt. Peſte exoriente an. 1555. Quinſacum ſeceſſit (vicus eſt ſupra Burdigalam in Garumnæ ripa) cum uxore, filia & aliquot diſcipulis. Sed non multo poſt obiit Burdigalæ an. 1556. ſexagenario maior, multo ære alieno obſtrictus. In lucem GELIDA nihil emiſit, neque aliquid in ſcriniis reliquit præter aliquot epiſtolarum exemplaria, quæ ipſe ſicut VIRGILIUS ſuam Æneida cremari voluit: BUSINUS autem, cui cum GELIDA neceſſitudo quædam fuit, collegit & euulgauit. Numerantur Epiſtolæ LIIII. ſcriptæ ad Cardinalem BELLAIUM, AUGERIUM LANTANUM, OLIUERIUM Cancellarium, TASTÆUM medicum Burdigalenſem, in epiſtola quadam ad hunc exarata de aduerſario ſuo ita queritur; "Dat mihi crimini, quod ſum Hiſpanus, cum ſim regno "donatus. Dat præterea crimini, quod uxorem duxerim; at hic CLAUDIUS BUDI-

"NUS

NUS uxorem habebat: & pœne ubique, " excepta Lutetia uxores habent Gymnaſiarchæ; & rurſus alio loco; clamitat, me uxorem duxiſſe Hiſpanam, a me non eſt ex Hiſpania uxor quæſita, ſed oblata cum ſexcentis coronatis in Gymnaſio Cardinalitio, quos omnes Gymnaſii cauſa & literarum inſumpſi. " - - - Deinde uxor etſi Hiſpana eſt, tamen " ſuorum maiorum exemplum ſecuta una mecum ſplendori Gallico ſeruire optat. " Epiſtolas ſequuntur carmina quædam, & ſigillatim, Exhortatio de ſeruanda amicitia ad LOPESIUM & PODIANUM genere heroicò ſcripta; Speciminis loco Epitaphium GUIL. BUDÆI inſerendum curauimus;

Per te Gallorum, vita, BUDÆE, manente
Gloria, doctrinæ nomine magna fuit.
Per te tres linguas immenſa Lutetia nouit,
Per te rex linguis præmia certa dedit,
At perdunt Gallique decus, linguæque patronum
Morte tua, Heu multis mors cumulata malis!

Ex hoc de reliquis GELIDÆ ſcriptis iudicium fiat, in quibus vix aliud quidpiam quam paucitatem & raritatem accuſes. FABRICII Epiſtolas IX. heic ſubiunctas vides ad ARNOLD. DUHARTUM, Juri Toloſæ operam dantem ſcriptæ. Studium huius viri ex

Epiſtola II. perſpicere licet; "Oblatus eſt forte venalis CORN. TACITUS. Quem eo "ſtudio, quo erga bonos autores totus rapior, "ſtatim coëmi - - - - incidi in Dialogum, "quem de genere eloquentiæ non corruptæ "ſcripſit: Placuit mihi titulus libri &c. Epiſtolam VItam ita finit; Quæ hic geruntur "& quomodo Zwinglianæ Oecolampadianæque ſectæ homines, quos vulgus Lutheranos "vocat, tractentur, ex eo, qui literas tibi reddidit, cognoſces. Lutetiæ Pariſiorum anno "1534. ut Franci tunc computabamus." Ex alia quadam Epiſtola docemur, ELIAM VIRIETUM in GELIDÆ locum eſſe ſuffectum. Hiſtoria cuiuslibet Epiſtolæ in margine adiecta eſt ab editore, qui de FABRICII vita nos certiores ſimul facit: Hic FABRICIUS in Luſitaniam a GOUEANO ductus, ſed propter aduerſam valetudinem inde regredi coactus mortem tandem in patria obiit anno 1567. nullis ſtudiorum & eruditionis monumentis relictis, præter orationem de liberalium artium ſtudiis in Luſitania habitam IX. Cal. Mart. 1547. ibique poſtea emiſſam, & ſi quid literarum ad amicos exarauerit, quæ ab iis ad huc ſeruatæ ſint. Prolixiorem recenſionem ſuppeditaturi ſumus in Bibliotheca Epiſtolica, quam aliquot abhinc annis, cum ad præſtantiſſimas quaſdam Bibliothecas aditus pateret, colligere incepimus.

LXVII.

Annali della felice Citta di Palermo prima Sedia, Corona del Re e Capo del Regno di Sicilia, di Don AGOSTINO INVEGES Sacerdote Siciliano da Sciaccia. Parte I. II. III. Palermo. Pietro dell' Iſola. M.DC.XLIX. fol.

Pars prior continet pagg. 562. P. II. pagg. 680. P. III. abſoluitur duabus Sectionibus quarum prior pagg. 762. poſterior pagg. 168. conſtat. Auctor de perſona ſua nos inſtruit in dedicatione; ſe nimirum in Sacerdotio ſuo maximam vitæ partem ſine omni fama nominisque exiſtimatione transegiſſe, atque ab omnibus contemtum decem annos in angulo Bibliothecæ Sclafanitanæ latuiſſe; Pertinuerat Bibliotheca illa, de qua loquitur, ad FRANC. SCLAFANI, cuius etiam retinuit nomen, etiamſi poſt eius ex vita abitum teſtamento legata fuerit Patribus Collegii oratorii, quod nomen ſuum *dell' Olivella* ſortitur, in quo Collegio hodie adhuc ſupereſt, & quotidie per duas horas matutinas ac totidem veſpertinas patet omnibus, qui ſtudiis operam dare exoptant. conf. MONGITORIS, Bibl. Siculam. Panorm. P. I. p. 129. INUEGES itaque, aditu ipſi ad præſtantiora theſauri huius monimenta patefacto, indefeſſo ſtudio collegit, quæ Palermi urbis principalis Siciliæ Origi-

nes atque hiſtoriam illuſtrare potuerunt. In præfatione methodum, quam elegerat, prolixius narrauit. Hiſtoriam ſuam in XI. Periodos vel æras diſtinxit, Heroicam ſcilicet, Carthaginenſem, Romanam, Sacram, Conſtantinopolitanam, Saracenam, Normannam, Sueuam, Francicam, Aragonenſem & Auſtriacam. In Heroicæ ætatis deſcriptione multum ſibi faceſſit negotii in originibus Gigantum, Damaſcenorum, Caldeorum, Sicanorum & Phœnicum feliciter inveſtigandis, largum præterea dicendi campum ipſi aperiit uniuerſa Gentilium Deorum cohors Saturnus, Janus, Jupiter, Mars, Mercurius, & ſi quis alius adhuc Deus in numis Palermitanis appareat. Ad æram Carthaginenſem antiquiſſimi ſcriptores græci pariter ac numi accerſiti fuerunt. Romanæ periodo illuſtrandæ tum ſcriptores & numi cum præcipue vetuſtiſſima marmora inſeruierunt. Sacra & Conſtantinopolitana Palermitanæ Eccleſiæ initia monſtrat, Martyrum etiam atque Sanctorum hiſtoriam & fata continet. Saracenorum interuallum ex manuſcriptis quibusdam, inſcriptionibus, numis & nominibus familiarum, quarum adhuc in regione Palermitana numerus haud exiguus exiſtit, illuſtrauit. Ceterarum quinque periodorum hiſtoriam ex archiuis Neapolitanis & Sicilianis magno ſimul diplomatum, marmorum & numorum apparatu inſtructus congeſſit. P. I. continet tres æras, Pars II. pergit usque

uſque ad Francicam, qua cum finit & Parti III. Aragonenſis & Auſtriacæ periodi res geſtas relinquit, ubi præcipue Nobilium Siculorum familias earumque inſignia magno cum ſtudio collecta eſſe vidimus. Figuræ,quæ antiquitatis monimenta, numiſmata, marmora & ſigna varia exhibent, ligno inciſæ ſunt. Opus iam recenſitum elegantiſſimus NICERON rariſſimum vocat, v. *Memoires des hommes illuſtres.* T. XIII. p. 89. & pretium operi huic conſtitutum pauciora eiuſdem exemplaria ſupereſſe oſtendit. De auctore hoc adhuc notari velim, eum anno 1595. natum, & poſtquam Societate Jeſu egreſſus erat, Saccenſem ſacerdotem factum in hiſtoricorum lectione totum fuiſſe, & tandem anno 1677. ætatis ſuæ 82. obiiſſe: v. MONGITORE l. c. p. 87.

LXVIII.

Vita di MICHEL Agnolo Buonarroti, Raccolta par ASCANIO CONDIVI da la Ripa Tranſone. Roma. Antonio Baldo. M. D.LIII, alli XVI. di Luglio. 4. pagg. 50.

Papæ tum temporis ſedem Romanam occupanti, quem MARCELLUM II. eruditionis laude alias clarum fuiſſe coniicimus, tractatum hunc inſcripſit. Artificis excellentiſſimi, cuius ſub inſtitutione ipſe artem pictoriam & ſculptoriam didicerat, amore ſingula-

ri ductum ſe ad biographiam hanc acceſſiſſe, meminit CONDIUIUS. Magiſtro etiam ſuo egregium hac ipſa re officium præſtitit, cum laudum expoſitione tum quod pictas ab ipſo tabulas, genuina itidem ſculpturæ & architecturæ monimenta eiusdem ingenio partim inuenta partim elaborata diligentiſſime ſignificauit; Ut ne poſteritas ſæpius quæſtuoſa artificis tanti celebritatem infuſcaret, quamuis ne hoc quidem metuendum fuiſſet, cum BUONAROTTUS in arte ſua inprimis Statuaria parem vix habuerit. Quo etiam factum, ut magna, dum viueret, apud Pontifices inprimis JULIUM II. nec non domum Mediceam gratia quondam floruerit. Literis præterea operam nauauit, cumque POLITIANO & aliis antiquitatum peritiſſimis viris amicitiam iniit. Poëticen amauit quandoque exercuit certo carminum, quæ Italis Sonnetti & Madrigali dicuntur, genere delectatus; CONDIUIUS in fine carminum illorum editionem promiſit, nec nos adeo dubitamus, quin tam multifariis Poëtarum Italicorum collectionibus forſitan inſerta fuerint, utut peculiari quodam libello eadem prodiiſſe, haud crediderim. Ut taceam, hoc cum pluribus ciuium ſuorum commune habuiſſe CONDIUIUM, ut eius notitia ſero nimis ad nos perueniret. Sicuti nec libellum ab alio quam a TESSIERIO in Catalogi ſui T. I. p. 32. adductum obſeruaui.

LXIX.

LXIX.

ANT. AUGUSTINI Dialogos de Medallas, Inſcriciones y otras antiguedades. Tarragona. Felipe Mey. M.D.LXXXVII. 4. c. f. æ.

Editio hæc prima & rariſſima non æquiparanda eſt Verſionibus raro itidem obuenientibus, Italicæ ſcilicet atque Latinæ. Italicam ſub ſequenti agnouimus titulo; *Dialoghi intorno alle Medaglie, Inſcrittioni & altre antichità, trad. dal Spagnuolo da Dionigi OTTAVIANO SADA. Roma. Stampatori Camerali.* 1650. fol. c. f. æ. De verſione hac id tantum addimus, quod multis in locis auctior ſit illa, quæ ſecundum ANSELMI BANDURI verba Venetiis in 4. prodiit, ab eoque prima habetur. videſis Ejusd. *Bibl. Numar.* præmiſſam *Numiſm. Imp. Rom.* p. XIX. Latina verſio inſcribitur; *Antiquitatum Romanarum & Hiſpanarum in Numis veterum ex hiſp. lat. redditi Dialogi XI. per ANDR. SCHOTTUM; cui acceſſit duodecimus de priſca religione Diisque Gentium; ſeorſim editæ Nomiſmatum Icones a JAC. BIAEO æri inciſæ. Antv.* Henr. Aertſius. 1617. fol. *NIC. ANTONIUS in Bibl. Hiſp. noua & ANDR. SCHOTTUS in* Elencho librorum ab AUGUSTINO editorum, quem ſubiecit *Laudationi funebri* allegant Editionem Tarraconenſem an. 1575. 4. excuſam, id

quod tamen nobis perſuaderi non tam facile patiemur, quandoquidem impreſſio ſecundum hanc ſententiam iterata & verſiones, editionis illius antiquioris vel ſaltem mentionem inieciſſent aliquam, quod factum eſſe, non legimus; præterea ANTONIUS ipſe ſubdubitaſſe videtur, an unquam extiterit? De Raritate Dialogorum patria lingua excuſorum nos docent NICERON *dans les Memoires pour ſervir a l'hiſt. des hommes illuſtr. T. IX. p.* 73. *Cette Edition*, (innuens Editionem primam ſupra expreſſam) *qui eſt rare, eſt en tres bonnes caracteres;* & inprimis LANGLET. FRESNOIUS in verbis, quæ AUGUSTINI Dialogis Hiſp. ſuppoſuit; *Cet Ouvrage l'un de plus ſçavans, que l'on ait ſur les Medailles eſt tres rare en Eſpagne.* Raritas editionis hujus primæ inde nata eſſe videtur, quod AUGUSTINUS eam in ædibus ſuis per FELIPE MEY imprimi, Romæ autem figuras æri incidi curauerit. De PHILIPPO MEY heic annotare non prorſus ſupervacuum reor, eum fuiſſe typographum perdoctum, eruditionis ſuæ teſtimonium ipſe reliquit in *Ovidio del Metamorfoſeos otava Rima traduzido Lib. VII. con Rimas diferentes del miſmo. Tarragona.* 1586. 8. qui libellus ab ipſo carminice conſcriptus p. 26. duas Strophas ab AUGUSTINO noſtro ſcriptas continet.

LXX.

La Libraria del DONI Fiorentino diviſa in tre Trattati. Vinegia. Gabr. Giol. de Ferrari. M.D.LVIII. 8. c. f.

Hæc eſt editio auctior eaque propter etiam rarior aliis, in quibus multa paſſim deſiderantur. Duæ autem præterea ad manus noſtras venerunt editiones, altera quæ Venetiis apud *Gabr. Giolit. de Ferrari* & fratelli M.D.L. in 12. ſine figuris prodiit, ad cuius exemplar impreſſa eſt illa, de qua nos agere inſtituimus, quamuis haud diſſitendum ſit, antiquiorem adhuc editionem exiſtere oportere, id quod ex titulo liquet. Altera Venetiis apud *Altobellum Salicatum* M. D. LXXX. in 12. ſine figuris excuſa eſt, & adiunctam habet Partem IIdam ſub titulo; *La Seconda Libraria del Doni.* Vinegia. M.D.LI. 12. quæ tamen potius ad Editionem de an. 1550. pertinere, itaque partis primæ impreſſio tantum repetita eſſe videtur. Noſtra ſupra allegata non tantum, quod ad recenſiones auctorum, & horum numerum, differt, ſed etiam Italorum celeberrimorum, qui ſermonis patrii nitorem conſeruarunt, effigies in figuris ligneis, ſcilicet DANTIS, PETRARCHÆ, BOCACII, ARIOSTI, DOMENICHI, BEMBI exhibet, quorum nullæ in aliis figuræ extant. Econtrario in editione per Salicatum procurata alios ſub-

inde auctores cum Elogiis & operum recenſionibus inuenies, quibus noſtra caret. Vtramque igitur te poſſidere neceſſe eſt, ſi omnia quæ DONI hac in re ad poſteritatem deriuauit, ſcire aueas. Editio, quam noſtram appellamus, Anconitanæ Societatis membris inſcripta eſt ab ipſo auctore ANTON. FRANC. DONI Florentino; finita Bibliotheca, accedit in peculiari plagula LUCII FAUNI *Tractatio de proprio veroque Romani fori loco*, promittit ibidem FAUNUS Antiquitatum Roman. librum, qui procul dubio ille erit, quem ſub tit. de antiquitatibus urbis Romæ ALB. HENR. de SALENGRE *Nouo Theſauro Antiqv. Romanar.* T. I. inſeruit. Vt denique de libelli argumento conſtet, doctiſſimus DONI PAULUM JOUIUM imitatus hoc in libello nationis ſuæ doctis elogia diſtribuit, eorumque ſcripta & verſiones ex aliis linguis in vulgarem ſcilicet Italicam factas, ſed ſicut tum temporis uſu venit, ſine anni & loci mentione enumerauit, additis centum diſcurſibus ſecundum calculum, quem poſuit GIOV. CINELLI *nella Biblioteca Volante Scanzia. I.* p. 16. & GIULIO NEGRI *Iſtoria de Fiorentini.* p. 57. Nec nominis ſui memoriam abeſſe voluit, ſed p. 26. & Edit. de an. 1550. p. 10. de an. 1580. p. 3. Scriptorum ſuorum Catalogum dedit.

LXXI.

LXXI.

Spaccio de la Beſtia trionfante, propoſto da Giove, effettuato dal conſeglo, revelato da Mercurio, recitato da Sophia, udito da Saulino, regiſtrato dal Nolano. Diviſo in tre Dialogi, ſubdiviſi in tre parti. Conſecrato al molto illuſtre & eccellente Cavalliere. Sig. Philippo Sidneo. *Stampato in Parigi.* M.D.LXXXIV.

8.

Libro huic atheiſtico vix alius raritate erit æquiparandus, id quod ex auctoribus, quos Clariſſ. JO. LUDOLPH. BÜNEMANNUS in Catalogo Librorum venalium nuper edito collegit, ſatis conſtat, quibus adiungimus *Memoires of Literature*, ubi in Vol. II. p. 257. Articulo XXXIV. qui continet *Remarks upon thoſe ſcarce Books, that are brought at a gread price*, tanquam rariſſimum allegatur & N. HAYM in *Notizia de Libri Rari nella Lingua Italiana*, cuius de BRUNI *Spaccio*, p. 184. ſequens eſt nota; *Libro Ateiſtico ma rariſſimo, l'autore di eſſo fu bruciato in effigie*, ſicut refert J. THOMAS. PHILIPPS, ipſe Romæ in campo Floræ an. 1600. Feb. 9. combuſtus creditur. Quod locum impreſſionis attinet, legitur quidem Pariſiis, ſed liber, prout G. SCIOPPIO veriusque idem videtur, Londini excuſus eſt; confer famoſiſſimi Anglorum BRU-

BRUNI puta, JO. TOLANDI *Collection of ſeveral Pieces*. Lond. 1726. Vol. 1. p. 304. ubi Epiſtola SCIOPPII ad CONR. RITTERSHUSIUM, interiecta eſt; Retulit ibidem SCIOPPIUS, libellum de Beſtia Triumphante non ad Papam, quem potius ad multifariam ſuperſtitionem, quæ credulis imponit, ſpectare cenſuit. TOLANDUS religionem veram & ſuperſtitionem vanam pari exiſtimans pretio, ſummam execrandi huius ſcripti pauciſſimis verbis recte tradidit BAYLIUS in Diction. ſub v. BRUNUM p. 680. n. D. *C'eſt un Traité de Morale bizarrement digéré, car on y expoſe la nature des vertus ſous l'emblême des conſtellations céleſtes, chaſſées du firmament pour faire place a des nouveaux aſteriſmes, qui repréſentent la verité, la bonté &c.* Idem ſed clarius pronunciauit PHILIPPS in Hiſt. atheiſmi p. 94. BRUNUM in libello iſto depexum dediſſe gentiliſmum, Jouem ipſum vitæ poſtulaſſe infamis, & tum oſtendiſſe, Euangelia Chriſti poëtarum fabulis multo eſſe abſurdiora. Et ex Actis Eruditorum an. 1721. adſcripſit Clar. JO. VOGTIUS in *Catalogo Libror. rar.* p. 47. Perluſtraui libellum & obſtupeſcere cœpi ad verba, quibus fidei Chriſtianæ præcepta ridet: Impoſtoris vocem ſæpius repetit applicatione ad tres Legislatores inſulſe ac impie facta: Religionum genera exſibilat, virtutes in cœlum inter tot gentilium ficta numina euehit, ut hominum

circa

circa virtutes ſtudium prorſus inutile pronunciare poſſit. Præmittitur Epiſtola Explicatoria, in qua BRUNUS Lectorem ſibi benignum reddere & præoccupare ſtudet tali excuſatione, quæ BRUNUM cauſæ ſuæ malæ conſcium arguit: *Ne creda*, inquit, *che io ó per ſe ó per accidente vogla in punto alchuno prender mira contra la verità & baleſtrar contra l'honeſto, utile, naturale & per conſequenza, divino.* Nihilominus maxima cum animi fiducia ſibi perſuadet, hoc libro multos vitiis iam deditos ad virtutis tramitem ductum iri; Ita enim pergit: *all' hora ſi dà ſpaccia a la beſtia trionfante: cioé a gli vitii, che predominano & ſoglono conculcar la parte diuina, ſi repurga l'animo da errori & viene a farſi ornato de virtudi &c.* Euoluenti libellum ipſum occurrerunt loca nonnulla, in quibus vitam æternam & immortalitatem deriſui habet. Sic Dial. II. p. 149. *Ma a qué theſori, che meno aſcoſi & diſperſi dal tempo, ſon celebrati & colti nel campo de l'eternitade: a fin che non ſi dica di noi come di quelli: Meditantur ſua Stercora Scarabæi.* Porro Dial. II. p. 178. *Laſcio gl' Algebriſti, Quadratori di circoli, Figuriſti, Methodici riformatori de dialecti, inſtauratori d'orthographie, contemplato paradiſo, novi condottier de vita eterna novuamente corretta & riſtampata con nuncii di meglor pane di meglor carne & vino: che non poſſa eſſere il greco di greco di Somma, malvaglia di Candia & Aſprino.*

no. Præcipua tamen eius opera in eo verſatur, ut ſtatus in dies magis magisque in peius ruentis rationem Satyricis verbis depingat & prout CAROLUS STEPHANUS JORDANUS V. D. apud Potzlovienſes Miniſter Gallicanus coniicit, Reformationem omnibus in ſtatibus neceſſariam non obſcure intendat. videatur JORDANI *Diſquiſitio Hiſtorico-Literaria de* JORDANO BRUNO. *Primislaviæ.* 8. p. 12. In Actis Erudit. Lipſ. Menſ. Jun. 1682. ex libellis BRUNI euincitur, CARTESIUM quasdam ſuarum idearum a BRUNO deſumſiſſe, confirmat hoc BAYLIUS & LEIBNITIUM CARTESII vortices BRUNO vindicaſſe ſuperaddit. Translatio Anglica a TOLANDO ſub titulo: *The Expulſion of the triumphant Beaſt translated from Jordano Bruno's Spaccia della Beſtia Trionfante. Lond.* 1713. in 8. edita, cum ipſo BRUNI tractatu ſtatim incipit & Epiſtola Explicatoria caret: TOLANDUS in verſione hac animum ſuum atheiſmo faventem prodidiſſe viſus eſt illis, quibus de verſione rariori judicare licitum fuit. Pauciſſima enim exemplaria ſumtibus ſuis exſcribi, curauit, ut pretio excreſcente curioſis ſaliuam mouere poſſet v. NICERON *memoires des hommes illuſtres.* T. I. p. 162.

LXXII.

LXXII.

Il Catechiſmo, overo Inſtitutione Chriſtiana, di BERNARDINO OCHINO. *Baſil.* M.D.LXI. 8.

OCHINI Catechiſmum Sybillinis foliis rariorem dicit JO. CHRISTO. WENDLERUS in Diſputatione, qua Auguſtam Literatam delineauit, p. 24. alii plane pro imaginario habuerunt. Quos inter fuit auctor obſervation. Hallenſium T. IV. Obſerv. XX. p. 437. ea de cauſa merito caſtigatus a J. THOMASII PHILIPPS in Diſſert. de Atheiſmo ſiue Hiſtoria Atheiſmi. Lond. 1716. 8. p. 93. quoniam nulli alii rationi innixus fuerat, niſi quod ille antiquam editionem, quam nos adpoſuimus, haud viderit. conf. THEOPH. SINCERI, *Nachrichten von raren Büchern.* an. 1733. T. II. qui plura de OCHINO collegit, ſed librum ipſum non vidit. Atvero extat omnino, tria enim exemplaria mihi Dresdenſium Bibliothecas perueſtiganti occurrerunt. In titulo ſequentia verba ſunt adiecta: *non mai piu per l'adietro ſtampato.* Scripſit Catechiſmum ſuum OCHINUS ætate iam prouectior, idque conſtat ex Præfatione *alla chieſa Locarneſe, che è hora in Zuricco,* ſcripta: *Trovando mi per la età gia preſſo a morte ſi come vivendo mi ſono ingegnato di far qualche beneſicio alla mia amantiſſima Chieſa Locarneſe, coſi deſiderando anco di giouargli dopo la mia vita,*

vita, mi riſoluei a ſcriuere in un picol libretto &c. Interlocutores ſunt *il Miniſtro & illuminato.* Euolui præcepti ſexti explicationem & nihil de Polygamia, quam in Dialogo quodam propugnauit, deprehendi. In plurimis enim dogmatibus Lutherano-Euangelicorum veſtigia ſecutus eſſe videtur. Interim tamen eundem a SOCINI Senenſis ſui conciuis erroribus & CARTESII dubitationibus plane non abſoluerim.

LXXIII.

ISAACI PEYRERII, Præadamitæ ſiue Exercitatio ſuper verſ. 12. 13. 14. *C. V. Ep. PAULI ad Rom. quibus inducuntur primi homines ante Adamum conditi, cum Syſtemate Theologico ex Præadamitarum hypotheſi.* M.DC.LV. 4. 8. & 12.

Quam celeriter aſſeclas ſuos nactus ſit PEYRERIUS, vel inde patet, quod non ita multo poſt in Hollandia Secta Præadamitarum exorta (v. *Lettres choiſies de Simon.* T. II. p. 1. an. 1704.) & liber iſte abſurdus uno eodemque anno adhuc binis vicibus excuſus fuerit. Singulas tres editiones vidi in Bibliotheca alia ſplendidiſſima, ut itaque MENAGIUS BAELIUM corrigens, qui ſe exemplum an. 1653. impreſſum vidiſſe, affirmat, ipſe errauerit, dum ſcripſit - - - - *on n'a que les deux*

deux editions de l'année 1655. & le Livre n'a pas été imprimé pluſtot. conf. Menagiana. T. III. p. 68. Plures contra Peyrerium ſcriptis egerunt, quos inter locum inuenit ARISTARCHI Præadamitici *Cenſoria animaduerſio in Anonymi ſcriptoris Exercitationem de Præadamitis. MSt.* 4. Syſtema Præadamitarum Viſio Cabbaliſtarum Judaicorum eſſe judicatur. v. SIMON *Lettres.* l. c.

LXXIV.

Peccatum Originale κατ' ἐξοχὴν ſic nuncupatum Philologice προβληματικῶς elucubratum a Themidis Alumno. Vera redit facies, diſſimulata perit. Eleutheropoli. Extra plateam obſcuram ſine priuilegio autoris, absque ubi & quando. (in fine) In horto Heſperidum typis Adami Evæ terræ filii. M. DC. LXX. 8.

Dedicacit libellum BERN. de GOMME Equiti Torquato caſtrorum Caroli II. Britan. Regis Gramatteo ſupremo; Dedicationem ſequitur Epiſtola ad JAC. de GOYER. Hæc editio fuit prior, quam ſecuta eſt illa, in qua ſine velamine apparuit BEUERLANDUS; ſub tit:

HADRIANI BEUERLANDI De Peccato Originali κατ' ἐξοχὴν ſic nuncupato Diſſertatio. Ex Typographeio. M. DC. LXXXIX. 8.

P Dedi-

Dedicatio in omnibus editionibus eſt eadem. Prioris vero editionis exemplari, quod tractaui manibus, auctor ipſe manu ſua adſcripſit quamplurima additamenta, quæ inſeri debuerunt Editioni nouæ tertiæ, ſub titulo ſequenti euulgandæ;

Poma Amoris per HADR. BEUERLANDUM J. U. *Licentiatum adornata. Editio tertia prioribus auctior & emendatior. Semper Auguſtus.*

Quod ad argumentum ſpurciſſimo ſtylo ſcripti libelli attinet, arborem ſcientiæ boni & mali ſtatuit &c. quod eruditi norunt, conf. Max. Rev. REIMMANNUS in *Catal. Bibl. ſuæ.* p. 1056. ISAACUM VOSSIUM ſimul manum ſuam admouiſſe vel ſaltem ſcriptionis ſuaſorem famulo ſuo BEUERLANDO extitiſſe, aiunt. Nec eadem relatio impudico VOSSII genio aduerſatur, BEUERLANDUS etiam ipſe Diatribe ſupra nominata in Belgio publice damnata & combuſta, patria pulſus Londinum ſe recepit. v. TILEMANNI *Diſſ. Jurid. de eo, quod iuſtum eſt circa Nuditatem & SERPILII Sing-und Frühe Stunden* p. 518. Refutatus eſt a LEONH. RYSSENIO Th. D. in libello: Juſta deteſtatio ſceleratiſſimi libelli Adr. Beuerlandi de Pecc. orig. Gorinchemi. 1680. 8. BEUERLANDUM palinodiam ceciniſſe & in patriam rediiſſe memorat Celeb. Hiſtoriogr. TENZELIUS: Sed mentem ſuam muta-

mutauiſſe ſalaciſſimi ingenii Criticum, id fere dubito, ſiquidem in opere de Proſtibulis veterum edendo poſtea totus fuit & figuras laſciuas, quæ ultra 6000. thalerorum ipſi conſtiterint, collegiſſe creditur; attamen opus iſtud veterum impuritates detecturum in herba quaſi ſuffocatum & BEVERLANDI morte ſuppreſſum eſt, an BAYLIUS BEVERLANDI plumis ſe ditauerit, dum eandem antiquitatis partem prolixius, quam alias ſolet, tractauit, de eo aliis iudicare liberum ſit. Ipſe non tam difficilis ero, uti BÆLIUM fœcundum ſuum in obſcœnitatibus eloquendis ingenium lectione multifaria ſæpius irrigauiſſe crediderim, nec eiusdem furfuris MSta plura ab iſto Angliæ PETRONIO, BEUERLANDO relicta fuiſſe, negari poteſt; Præter ſaporifera in HORATIUM & JUUENALEM Commentaria MSta Librum quendam ſub tit: de tribus impoſtoribus euulgauit, in quo trium Angliæ Epiſcoporum, qui laſciuiæ ipſius obicem ponere voluerant, vitia ſollicite collegit. v. Celeb. GOTTLIEB STOLLE Diſſ. de Curioſitate. p. 9. §. 7. Titulum ſchediaſmatis huius aliarumque plagularum ab ipſo editarum ſimilis certe argumenti ſtatim ſubiungam: *A Diſcouery of the three Impoſtors, Turd-Sellers, Slanderes and Piſſ-Sellers, by Seign. PERIN DEL VAGO.* 8.

PERINI DEL VAGO Equitis de Maltha Epiſtolium ad Batauum in Britannia hoſpitem

 de

de tribus Impoſtoribus Τυπογράφοις, Συκοφάντ-ταις, Φαρμακεύταις. 8. *A Hue and Cry aſter the Bulls of Bathan P. D. V's Epiſtola ad H. BEUERLAND.* 8. *Although my innocency &c. Lond.* 1709. 8. Non ingratum fore arbitror, partem Teſtamenti Beuerlandiani cum L. B. communicare, ſicut in Autographis reperi:

Simulac exſpirauero, meum cadauer condant ſepulchro puro, jubeantque inſculpi ſaxo;

Sedibus ut ſaltem placidis in morte quieſcam,

Parieti infigatur marmor hac inſcriptione ſpectabile.

HADRIANUS BEVERLANDUS
NON UNUS E MULTIS PECCATOR
HIC JACEO. HIC UBI TU QUI
HÆC
LEGIS ESSE NOLLES. VELLES,
SI VOSSIANOS HEINSIANOSQUE
MANES BEUERLANDIANIS SUSURRIS MULCERE POSSIS.

LXXV.

LXXV.

Papekoſt opgediſt in Geuſe Schotelen handelende van de Pauſſelyke Opkomſt, in nederduitſche Dichkonſt gebraght. te Blokziel.
M.DCC.XX. 8. c. f. æ.

Geuſekoſt opgediſt in Paapſe Schotelen handelnde van de Souvereine oppemagt en Heerſchappye des Roomſche Pauſen, met Figuren.
M.DCC. XXV. 8. c. f. æ.

Jeſuitenkoſt of de Maaltyd der Jeſuiten op de welke verſcheide vaaderen der voorſz. Societeit; miet alleen hebben koomen te noodigen de Roomſe Pauſen. Gedrukt in de Kook-Keuken der Jeſuiten. M. DCC. XXVI. 8.

Sunt Satyræ, quibus Papæ Romani, Jeſuitarum aliorumque ordinum mores & vitia viuis quaſi coloribus ob oculos ſiſtuntur & depinguntur. Tria iuſta volumina conſtituunt. In Holandia ipſa, ubi impreſſæ fuerunt, grauiter prohibitæ ſunt.

LXXVI.

Opere di DANTE. Milano. 1473. *per* Antonio Zarotti *fol. col Commentario di BENVENUTO da Imola. Venezia.* M. CCCC. LXXVII. per Vindel. Spir. fol. Charact. Gothicis.

DANTES Algerius patrium Sermonem primus excoluit, unde etiam Etruſcæ linguæ conditor merito a JOUIO vocatur. v. *Peplus Italiæ* p. 1. Inter opera DANTIS ex plurimorum ſententia præcipuum locum meretur Carmen de Purgatorio & Inferno & poſt BERNARDUM DAUIELLUM in hoc commentatus eſt BENVENUTUS Philoſophus æque ac Poëta celebris. Minus quidem Papæ Sectatoribus commentatio hæc probatur, quod Paſtorem maximum tanquam lupum ovesque a tramite felici abigentem deſcribit. v. *BAYLE Dict. Hiſt. & Crit.* T. II. ſub v. Dante p. 244. Edit. Amſtelod. 1730. Præterea bilem vel potius riſum moueant verba BENVENUTI, quæ Mahumetum ad Cardinalis dignitatem adſpiraſſe ſimpliciter aſſerunt. Sicut iam pridem annotauit NAUDE' *dans le Maſcurat.* p. 39. Habentur ea Cantic. 28. *del Inferno* & ſic fluunt: *Queſto peccatore era Macometto il quale fu ſchiſmatico della ſancta chieſa in queſto non ſtando lo predcon cardinale di Roma e ſauio & ſcripturato in ſeruigio della fe-*

d:

de Xpiana ando apredicarla in Affrica e fu ſi gratioſo che quaſi tutte quelle parti riduſſe a Xpianita. Or quando elli ando dila li fu promeſſo per li Cardinali. Se dio fa altro inanzi che tu vegni del noſtro ſignore meſſer lo papa noi faremo te anzi chlli tornaſſe. lo papa mori. elli cardinali fecen o un altro cóe coſtui lo ſeppe indesdegnoe comincio a predicare tutto lo contrario a quella gente. In fine elli ſeduſſe a peſtifera ſede de Saracini che morte delanime di quelli che la credeno. Verba NAUDÆI de Beneuentani huius Grammatici ex Foro Julii oriundi narratione nimis ſuperſtitioſa hæc ſunt: *Mais s'il n'y a qu' à croire tout ce que diſant les mediſans ou impertinants, il faudra pareillement aduoüer que le faux Prophete Mahomet a été Cardinal, puisque BENUENUTO da Imola le dit expreſſement en ſes Commentaires ſur DANTE.* Hæc editio eſt rariſſima, ſed non omnium prima: Etenim ſine loco adiecto iam anno M.CCCC.LXXII. in fol. prodiit, attamen illa cum eodem BENUENUTI commentario recuſa eſt Pariſiis anno M.D.LX. in fol. an vero locus allegatus eidem inſertus fuerit, explorato haud conſtat. Nec de reliquis editionibus præter titulos quidquam mihi hactenus innotuit. Proſtant autem DANTIS, Poëtæ illuſtris Capitula cum *Commento JACOBI LANÆI.* Italice. fol. Mediolani. M. CCCC. LXXVIII. Lud & Alber Pedemontani amico Joue manum ſu-

premam impoſuerunt. Eadem cum *Commento CHRISTOPHORI LANDINI* Florentini. Italice. Florentiæ M. CCCC. LXXXI. per Nicolaum de Laurentio. fol. Eadem *per LANDINUM & ALESSANDRUM VELUTELLUM con l'eſpoſitioni ſopra la Comedia del' Inferno, del Purgatorio & del Paradiſo.* Veneciis. M. D. LXXVIII. fol. MStum autem cum picturis elegantiſſimis (*avec des miniatures tres delicates*) in Bibliotheca Vaticana extare dicitur.

LXXVII.

The Life of one JACOB BOEHMEN, who although he were a very mean man yet wrote the moſt wonderfull deepe Knowledge in natural and diuine things wherein is contained a perfect Catalogue of his workes. London. Richard. Whitaker. M. DC. XLIV.

4.

Auctor anonymus mitiori non tantum animo in BOEHMIUM affectus verum etiam eius dogmata probaſſe & viſiones, quas iactauit, credidiſſe videtur. Poſtquam viſiones ſecundum tempora quibus acciderunt, expoſuit, ad librorum ab ipſo ſcriptorum recenſiones & fata, quibus ſemetipſum ſubiectum reddidit, enumeranda pergit. De morte eius prolixiora etiam meminit, quam quidem alibi legimus: verba, prout extant, heic adiecimus: Anno

1624.

1624. *the eighteenth day of Nouember after he had heard an exceeding ſweet Muſick, without his chamber and refreshed himſelf withe the holy uſe of the Teſtament of Chriſt at his ſupperpraying and weeping with his ſonnes and ſome Friends withe theſe laſt confortable words, Now goe J hence into Paradiſe, gently ſighing, bleſſedly departed in the fiftyeth yeare of his age.*

LXXVIII.

PUBLII VIRGILII MARONIS Poëtarum Latinorum Principis Opera indubitata omnia, ad doctiſſ. R. P. JACOBI PONTANI caſtigationes accuratiſſime excuſa. Sedani. Ex Typographia & typis nouiſſimis Joan. Jannoni. M.DC.XXV. 16. pagg. 367.

In fine addita eſt VIRGILII vita. Cuilibet libro noua & breuia argumenta præmiſſa ſunt.

QUINCTI HORATII FLACCI Opera omnia; cum nouis argumentis. Sedani. Ex Typographia & typis nouiſſimis Joannis Jannoni. M DC. XXVII. 16. pagg. 220.

Accedit HORATII Poëtæ Vita per SVETONIUM TRANQUILLUM conſcripta, ut à PETRO NANNIO edita eſt, libro ter-

tio Miſcellaneorum, lacera & multis locis vitiata. In duobus his autoribus excudendis JANNONUS tentaſſe videtur, quid ars Typographica egregii & vix imitandi operis in minimis efficere potuerit, tam nitidiſſimi ſunt typi, tam pulcra eſt verborum Symmetria, &, quod præcipuum eſt, tanta cum cura textus eſt emendatus. Exemplaria omnino rariora credideris, vel etiam ea de cauſa, quia Polyhiſtoris Hamburgenſis puta Celeb. JO. ALB. FABRICII notitiam effugere potuerunt.

LXXIX

Le Sanctuaire de Berry par le S. CATHERINOT. Bourges, de l'Imprimerie de Jean Toubeau. M. DC. LXXX. 4. pagg. 36.

Quantum ex charactere perſpicere licet, idem TOUBEAU reliqua CATHERINOTI ſcripta etiam typis exſcripſit; In hoc tractatu recenſentur, qui ex utriusque ſexus hominibus ſanctitatis laude inclaruerunt, ordine Alphabetico, ipſorum vitis, prædicationis locis, Martyriis, atque operibus ſimul annotatis. In fine libelli queritur, quod vitam ſuam librorum præſidiis atque conuerſatione doctorum deſtitutus tranſigere cogatur. Elenchum ſcriptiuncularum & Schediaſmatum, quæ in lucem edidit, ſubnectit, poſtquam

de

de ſtudiorum ſuorum ratione & delectu egit: *outre qu'enfin ie veux être libre dans mes études, qui me tiennent lieu de Tripot & de Cabaret; car ie ne me ſuis jamais fait honneur de mes opuſcules, mais ſeulement un diuertiſſement innocent. C'eſt ma Perdrix comme à ſaint Jean Euangeliſt, mon Chat comme a Saint Gregoire Pape, mon chien comme à Saint Dominique, mon agneau comme a Saint François, mon Dogue comme a Cornelius Agrippa, mon Levrier comme à Juſte Lipſe.* Laudat ſcripta ſua, quod non prorſus inutilia ſint quamuis exilia, id vel inde nos cognoſcere iubet, quod illa ſemper priuilegio donata prodierint, & per Cenſores nunquam prohibita, multo minus per lictores ad rogum delata fuerint. Inter ſcripta, quæ de patriæ ſuæ hiſtoria emiſit, referenda etiam eſt Scholarum Bituricarum Hiſtoria. 1675. quam quidem ad oculos noſtros haud perueniſſe dolemus.

LXXX.

Commentarius breuis & iucundus itineris atque peregrinationis pietatis & religionis cauſa ſuſceptæ ab illuſtri & magnifico Dno. LEONE libero Barone de ROSMIDAL & BLATNA, JOHANNE reginę Bohemię fratre germano, proauo Domini, ZDENCO LEONIS liberi Baronis de ROSMIDAL & BLATNA nunc Supremi Marchionatus Morauiæ Capitanei: Ante centum annos Bohemice conſcriptus & nunc primum in latinam linguam translatus & editus. Ex conſenſu JOANNIS OLOMUCENSIS Epiſcopi. Olomucii. Frider. Millichthaler. *Anno Domini.* M.D.LXXVII. 8.

pagg. 135.

Poſt titulum ſtemmatis inſignia Leonem & Caput ſpumantis apri repræſentantia conſpiciuntur; ſuppoſito ſequenti voto:

Hoc inſigne gerit veterum domus alta LEONUM,
Quam placido ſemper numine Chriſte foue.

Editor libelli nominatur PAWLOWSKI à PAWLOWICZ J. P. Doctor, Protonotarius Apoſtolicus, Præpoſitus Brunenſis, Owmucenſis & Vratislauienſis Eccleſiæ Cathedralis Canonicus, qui eundem inſcripſit ZDENKO LEO-

LEONI L.B. de ROSMIDAL; In dedicatione huius Proaui labores, itinera & pericula commemorat, eruditionem, diligentiam & conſtantiam laudat. Memorat deinde, quod illo abhinc tempore, usque dum ipſe libellum in latinam linguam translatum in lucem emitteret, iam ſeculum ſit elapſum. Idem enim libellus primum Bohemico idiomate fuerat conſcriptus. Anno 1465. dictus ROSMIDAL ex Bohemia iter ſuum in Palæſtinam adgreſſus erat. Priusquam enim itineris deſcriptio inchoatur, ponuntur literæ commendatitiæ ab Imp. FRIDERICO & Regina Bohemiæ JOHANNA impetratæ, & an. 1465. datæ. Deſcriptio ipſa variis excurſionibus, & frequenti de regionum ac urbium ſitu narratione perquam iucunda redditur. Pag. 130. Separatim exponitur religioſa viſitatio totius terræ ſanctæ, quam illius temporis peregrinatores perluſtrare ſoliti erant. Quædam loca, ſcilicet, ubi Chriſtus crucifixus eſt, ubi reſurrexit, ubi morti adiudicatus, ubi virgo Maria nata & ſepulta &c. ſigno crucis notantur, ad indicandum, ibidem eſſe remiſſionem & liberationem ab omni peccato & poena. Præterea loca, quæ indulgentias in Septennium quadraginta & ſeptem dies a Sylveſtro Papa conceſſas obtineant, conſignauit & quæ ſunt alia. Præcipue tamen exemplum ſimplicitatis & inaduertentiæ ab auctore commiſſæ, p. 117. b. inuenimus, ubi Brixiæ memorabilia traditurus

ita

ita diſſerit: „Inde proficiſcentes, magnam hominum multitudinem in monte quodam choreas agitantem vidimus, in quem quotannis ab aliquot milliaribus ii homines, ad choreas iſtas peragendas conuenire coguntur & ab ortu ſolis usque ad occaſum ſine intermiſſione ſaltare. Ea ſaltatione ita defatigantur & debilitantur, vt eos die ſequenti plauſtris inde auehi ad domicilia cuiusque neceſſe ſit. Nobis, num templi alicuius encoenia, vel nuptiale ſacrum celebraretur, quod tantopere hilaritati & ſaltationi dediti eſſent, percontantibus reſponſum eſt: Se ad id ſingulari poena diuina cogi. Nam maiorum memoria, cum ſacerdos Corpus Dominicum geſtaret, ex magna congregata multitudine hominum, pars, quæ in altera fluminis ripa ſtabat, venerabunda in genua procubuit. Reliqui vero eorum, qui in hoc monte ſaltabant non procubuerunt. Quapropter omnes, qui ſunt ex eorum progenie, eo die in hunc montem ab aliquot milliaribus conuenire coguntur. Sed qua id die fieri conſueuerit non quæſiuimus.“ De LEONE de ROZMITAL narrat BALBINUS Miſc. Regni Boh. Dec. II. 1. 11. p. 56. hunc una cum comite JO. de ZBIROH Hazmburgio a PHILIPPO Burgundiæ Duce Equites velleris aurei creatos eſſe, qua de re in libello noſtro nihil occurrit, eundemque anno 1519. ſupremum Burgrauium caſtri Pragenſis fuiſſe, do-

docet JO. JOACH. MULLERUS *Im Staats-Cabinet.* Part. I. p. 12. De auctore huius deſcriptionis, qui editori ipſi notus non fuit, coniecturam addimus, illum quendam ex Comitibus nomine SCHASCHONEM fuiſſe, cuius heic frequenter mentio facta eſt, & p. 27. b. de SCHASCHONE in prima perſona dicitur. De interprete latino BALBINUS l. c. Dec. II. l. 17. p. 94. memorauit, quod Epiſcopus Olomucenſis demum factus ſit.

LXXXI.

Libraria Breſciana prima e ſeconda Parte nouamente aperta dal maeſtro LEON. COZZANDO Seruita Breſciano. In Breſcia. Gio. Maria Rizzardi. M. DC. XCIV. 8.

pagg. 308.

Teſtimonium, quod actis nouæ Academiæ Philoxoticorum Naturæ & artis, Brixiæ apud JO. MARIAM RICCIARDUM an. 1687. editis p. 24. de COZZANDO inſertum eſt, præmittitur; Ex eo diſcimus, quod COZZANDUS Brixienſis hoc ſuum italico idiomate lucubratiſſimum opus an. 1685. primum ediderit. Solertis fideliſque ſcriptoris encomio quoque commendatur, quippe qui multa ferme recondita antiquitatis lumina detexerit atque trecentum & viginti ſcriptorum nomina literatorum tum defunctorum tum viuentium albo

albo laudatiſſime inſcripſerit. Edidit etiam partem ſecundam totidem aliis illuſtribus viris locupletem, quæ huic Parti I. continuo Paginarum numero iuncta eſt; In Præfatione ciuium ſuorum & urbis Brixiæ, quæ LIUIO docente lib. II. Decad. 4. Cenomanorum caput fuit, laudes dixit, p. 13. l. c. trecentos & ſedecim ſcriptores Breſcianos ab ipſo in Parte prima memoratos eſſe, totidemque adhuc ſupereſſe clariſſimos Breſcianos, quos tum temporis Parti ſecundæ reſeruauerat. In Bibliotheca ſua, ne aliorum ſcriptis libelli ſui molem augeſceret, omiſit eos, qui iam adducti fuerunt in ſequentibus libellis: *Quattro libri de dubbi con ſue ſolutioni à ciaſcun dubbio accommodate.* Venet. 1552. 8. & in *Oracoli de moderni ingegni ſi d'huomini come di Dame. Venet.* 1550. 8. Sicuti autem ingenui hominis eſt, fateri per quem profeceris ita & COZZANDUS profeſſus eſt, ſe memorias plures GAUDENTIO ROBERTO Carmelitano, Parmenſi, FORTUNATO Vinaccelle & OTTAVIO ALECCHI debere. In Bibliotheca ipſa Vitæ, inprimis ſcripta atque elogia diligentiſſime recenſentur. Jam paucis adhuc mentio facienda eſt editionis prioris, quæ ſequenti ſub titulo prodiit:

Della Libraria Breſciana nuouamente aperta da LEONARDO COZZANDO. Parte Prima. Breſcia. Giov. Maria Rizzardi, 1685. 12. p. 338.

De-

Dedicata eſt CELSO VICCIONI Servitæ, Theologo Venetiano. Ex hac editione de origine COZZANDI nonnulla ſunt repetenda; Parens eius DONATI COZZANDI nomen & eruditionis famam non minorem habuit, alias legibus interpretandis incubuit & *Annotazioni ſopra il Bertazzolo*, item; Tract. de Clauſulis Teſtamentorum, & *un Trattato della miſura dell'acque correnti* an. 1593. edidit, mortuus eſt an. 1627. ætatis 57. Hæc de patre ſufficiant, plura p. 101. videri poſſunt. Quod ad filium Leonardum noſtrum attinet, hic maiori doctrinæ laude omnino excelluit, id quod ex ſcriptis eius clarius patebit; Selectiora heic adpoſituri ſumus: *Le Primitie Poëtiche. Breſcia.* 1648. 12. *La Notte del Natale di N. S. Scherzo poëtico in Ottava Rima.* ib. 1658. 4. *Vita del PAOLO BIGONE da CHIARI.* Ib. 1680. 12. *Riſtretto de Prelati & altri ſoggetti illuſtri della Religione de Servi.* Ib. 1673. &c. vid. l. c. p. 232.

LXXXII.

JAC. VECTIANI Regienſis Selectarum Epiſtolarum Pars Prima. Bononiæ. hæredes Barthol. Cochi. M. DC. XXVI. 8.

Clariſſimus MORHOFIUS VECTIANUM rariores inter Epiſtolographos retulit, cuius etiam iudicio ſtandum eſſe, exiſtimaui, exemplar, quod ad eius manus perue-

nerat, & titulo & præfatione caruit, qua de cauſa neque locus neque annus ipſi conſtitit, videſis eius Polyhiſt. P. I. c. 24. p. 331. utrumque ſupplere, nobis iam licuit, porroque faciam vt de argumento, quod epiſtolæ tractant, edoceamur. Dedicatio ad Card. FRANC. BARBERINUM directa eſt. In præfatione queritur de mendis typographi, atque Lectorem rogat, ut ſtyli ſui gentilitatem in bonam partem accipiat. Sequitur Index virorum eruditorum, ad quos & a quibus Epiſtolæ miſſæ ſunt, ex tam celebri eruditorum cohorte, ALOYSIUM LOLLINUM, ANT. POSSEUINUM, AUG. MASCARDUM, CAMILLUM BALDUM, CHRISTO. MUNARIUM, FAM. STRADAM, HIER. ALEXANDRUM, HOR. SABBADINUM, JO. BAPT. LAURUM, JO. BAPT. VECTIANUM fratrem, PAULUM BENIUM, & RICARDUM HESIUM nominare ſatis erit, horum enim nomina in toto literatorum orbe jamdudum decantata plus ſimplici vice in collectione noſtra apparent. Epiſtolæ ſunt numero 213. Ex quibus pauciora nonnulla, quæ vel ipſius VECTIANI vel aliorum Italorum in rem literariam nomina oſtendunt, tranſcribere non iniucundum erit. p. 29. de lucubrationibus ſuis ſequentem in modum ſcribit: De meis ſtudiis hæc habe: „Orationem, quam ſcripſi & habui pro ſtudiorum „initiis auſpicandis, excepit longa in VIRGI-

GILIUM prælectio & diſputatio de Æneidos principio, hanc carmen D. NICOLAO ſacrum: id rurſus altera, quam nunc cudo, oratio viris publicum regimen curantibus, mox habenda; " & pag. 479. de Commentariis ſuis in TACITUM verba faciens, ita pergit; " mole ipſa mihi onerosi ſunt & metuo, ne partum ſolicitent; ferre diutius nequeo, quæ viceſimum iam annum concoquo. " RICARDO HESIO fratris ſui inſtitutionem commiſerat, quem etiam frequentius, quam ſolebat alios, literis compellauit; de EPICTETI Enchiridio aliquando quæſitus ita reſpondit VECTIANUS: " EPICTETI Enchiridion utilius differetur: primum quod habet quædam ἀδιόρθωτα ne ab ipſo quidem WOLFIO animaduerſa, deinde quod ad huiusmodi præcepta ætas adhuc tenera non ſatis idonea eſſe videtur. " Interrogauit in alia quadam Epiſtola VECTIANUS noſter de noua tum temporis inter Batauos & in primis eos, qui ex JUSTI LIPSII doctrina ſapuerant, recepta græcæ linguæ pronuntiatione, ſcilicet, an pronuntiandum ſit ε & αι tanquam αι? quam pronuntiationem ADOLPHUS MEIERBERCHIUS libello ſingulari propugnauit, ad hanc Quæſtionem ita reſpondit HESIUS p. 45. " De η, αι, & id genus aliis, me auctore contemnas licet - - - ut horum (qui ita pronuntiare ſolent,) conatum iuuarem, adduci, nunquam

 potui.

" potui. Monuit me primum rei ipſius diffi-
" cultas in tam communi tam inueterata con-
" ſuetudine vincenda, deinde inanis labor in
" eo, quod neutram in partem vel tantillum
" ſcimus intereſſe. Itaque ſemper malui cum
" tota Europa in mari hoc incerto ſine ullo
" periculo leuiter vela flectere, quam cum pau-
" cis rectum curſum tenens in ſcopulos im-
" pingere & naufragio facto ridendum me ce-
" teris propinare: præſertim cum animaduer-
" terim ipſos etiam græcos, qui quidem bene
" loquuntur, ab hac noſtra ratione non mul-
" tum abhorrere." Allegat deinde homines eruditos in Graiorum regione oriundos, tenorem eundem ſemper obſeruantes. Ciuium ſuorum ſcripta ſubinde cum elogiis adducit, e. g. FRANC. REMONDI Carminum & orationum volumen, cuius etiam menda typographica in ſui temporis typographicarum operarum negligentiam reiicit, quæ omnem omnium ſuperauerit diligentiam. PAULI BENII librum MICHAELIS FONTIS nomine editum adeo rarum factum eſſe, ut neque Regii neque Placentiæ reperiri potuiſſet, p. 326. queritur; JO. CASÆ familiares literas tum Italas tum Latinas nec dum editas apud BENIUM latuiſſe, memorat p. 338. JAC. VECTIANUM Regienſem obiurgat HENR. GHITTELLIUS Antuerpienſis, quod debita egregiæ virtutis ſuffragia recuſauerit, v. J. B. LAURI Theatri Romani Orcheſtra p. 36. Præclara

clara quondam exiſtimatione floruit, ſicuti ex GIOV. GUASCO *Storia Literaria Academia di belle Lettere in Reggio.* p. 301. diſcimus, huius è vita diſceſſu linguam latinam nitoris & puritatis ſuæ non mediocrem feciſſe iacturam: in Græcis etiam verſatus fuit, & Romæ in Collegio Clementino, Genuæ, Placentiæ, Rhegii & alibi haud vulgaria virtutis ſuæ ſpecimina dedit. In re Poëtica non leuiter doctus fuit, id quod carmina & elogia, quibus ALEXANDRI Eſtenſis Cardinalis, Patroni ſui virtutes celebrauit, oſtendunt. Amorem etiam ſuum in Poëtas plane ſingularem paſſim in Epiſtolis prodidit tum etiam ſcribendo Schediaſma ſub tit: *Raccolta de piu inſegni Poëti di Reggio. Genoua.* il Pauone. 1631. Sed ad Epiſtolas VECTIANI reuertamur; editio, quam nos adduximus, ſecunda eſt, prima enim una cum operibus, quæ orationes & Epiſtolas continent, iamiam prodierat, idem etiam tomus Genuæ anno 1643. editus tandemque anno 1644. nouus additus eſt. confer GUASCO *Storia Liter.* l. c. p. 301. qui tamen editionum ordinem non ſatis diſtinxiſſe videtur.

LXXXIII.

Deſcriptio Alcabiræ urbis, quæ Mizir & Mazar dicitur. Mathæ Paganus ad ſignum fidei. Anno Dom. M.D.XLIX. 8.

Opuſculum ex italico ſermone in latinum verſum tribus capitibus conſtat. Caput I. de origine gentis *Iſmaëliticæ* ſeu *Macometanæ* agit, & Muhamedem auctorem perſuaſionis ex patre ethnico Iſmaëlitane & matre Idumæa, quæ iure ſeruitutis illi nupſiſſet, natum eſſe, eundem Mecha, ubi potiſſimum docuerat, proſcriptum regni Alhegiræ, id eſt, expulſionis bellicæ feciſſe initium, deſcribit, actionibus Mahommedis legibusque in Alcoranum relatis breuiter ſimul commemoratis. Adfinitate linguæ & rei paſtoriæ patribus uſitatæ argumento auctori Anonymo ex eadem origine videntur eſſe Turcæ atque Tartari i. e. *dereliċti ut eorum ſcilicet reliquiæ, qui ſunt Iſraëlitæ decemue tribus ſub Iſmaële adulterato facte Iſmaelitæ,* donec compleuerunt mille annos imperii ſub Alcorano & reddant ſecundum ſuas prophetias & fidei articulos regnum Chriſto, &c. Capite IIdo urbem *Miſſir* ſeu *Maſſar* deſcripturus eos refellit, qui *Alcabir* cum *Babilone* confundunt, pro qua *Memphim* alias intelligunt. *Alcabir* enim ad orientalem *Nile* fluminis partem eſſe, *Memphim* ab occidua eiusdem parte, hancque iuxta Pyramides inſa-

inſaniæ Ægyptiæ teſtes interiiſſe. Sexaginta vero hominum millibus ſedes nouas ex Arabia ſterili quærentibus a ſeruo quodam *Gehoar* & *Chetib* id eſt, (procul dubio articulus *el* legi debet) Gehoar ſcriba prima fundamenta Alcayri noui poſita fuiſſe; Eamque urbem propter inſignem palatiorum regiorum ac templorum multitudinem deinde & Babelem & Miſrulatim id eſt Ægyptum ſeu Cahyri regiam antiquam vocatam eſſe. Capite III. ea potiſſimum latine exponuntur, quæ ad externum Alcahyri ſtatum pertinent e g. Alcahyr idem eſſe ac potentem & coactricem urbem &c. Libellum ea de cauſa rarioribus adſcribere haud dubitaui, quia eiusdem nusquam mentionem fecerunt alii, quorum officium fuiſſet annotare: Nec tamen mirum, ſi contemtus libellus iſte ingenti ſphalmatum typographicorum & Barbariſmorum copia deformatus.

LXXXIV.

JO. WICLEFI Dialogorum Libri quatuor, quorum primus de diuinitate & ideis tract. Secundus de Uniuerſarum creatione complectitur. Tertius de virtutibus vitiisque ipſis contrariis copioſiſſime loquitur. Quartus de Romanæ Eccleſiæ Sacramentis, eius peſtifera donatione, Anti Chriſti Regnum fratrum fraudulentorum origine atque eorum Hypocriſma variaque æuo ſcitu digniſſima graphice perſtricta &c.

M. D. XXIV. 4.

Locus impreſſionis & typographi nomen deſideratur, WHARTONUS tamen in Appendice ad GUIL. CAUEI Hiſt. lit. p. 36. ex characteribus perſpicere voluit, alicubi in Germania impreſſos eſſe & quidem anno M. D. XXV. quem etiam annum a Viro Clariſſ. JO. LUDOLPHO BUNEMANNO in Catalogo, & a pluribus aliis, qui WHARTONI veſtigiis inſtiterunt, poſitum eſſe deprehendimus. Idem ex OUDINI Comment. de Scriptor. Eccleſiaſticis & Biblioth. Cardinalis du BOIS operis huius raritatem denotauit: WHARTONUS cauſam, quam facili coniectura quilibet aſſequi poteſt, hanc allegauit, Dialogorum exemplaria ſtatim ab ipſis Pontificiis conquiſita fuiſſe. Dn. de la ROQUE in epiſtola quadam librum adeo rarum exi-

exiſtimat, ut MStis autogr. optimo iure æquiparari mereatur. v. *Eſſais de Litterat.* 1702. Jul. OTHO BRUNFELSIUS edidit Dialogos noſtros, quos a WICLEFI Trialogo per eundem an. 1517. edito libro non minus raro utique diuerſos eſſe cognouimus. conf. Cl. VOIGT Catal. lib. rar. p. 202. Exemplaria in Anglia inuenienda ſignificauit JOHN LEWIS *in the History of the Life of JOHN WICLEFF, Lond.* 1720. 8. Dresdæ hodie duo extant. Plura qui de WICLEFO deſiderat, præter WHARTONUM & BALEUM conſulat THOMAM POPE BLOUNT in Cenſura celebriorum auctorum, & Viri Summe Reu. FRID. GUIL. SCHUTZII Diſſ. priorem de Combuſtione librorum hæreticorum. §. L. ubi commemorat THOMAM ARUNDELIUM Archiepiſcopum Cantuarienſem concluſiones XVIII. ex Dialogis eius deſumtas, habita Londini Synodo, hæreſeos damnauiſſe, librosque WICLEFI omnes comburi mandauiſſe.

LXXXV.

GOMETII PEREIRÆ, Antoniana Margarita. Methymnæ Campi. de Millis. M.D.LIV. fol.

MICH. à PALACIOS Obiectiones aduerſus nonnulla ex paradoxis Antonianæ Margaritæ; cum PEREIRÆ Apologia eorundem. Methymnæ Campi. M.D.LIV fol.

PEREIRA celeberrimus æui ſui Philoſophus & Medicus annos triginta in libro hoc ſcribendo conſumſit, titulumque in Patris & Matris honorem fecit, eius enim patri ANTONIUS matri MARGARETA nomina fuerunt. conf. *ROELOF ROUKEMA Naamboek der beroemde Genees en Heelmeeſters van alle Euwen. Amſt.* 1706. 8. p. 304. Auctor ex hypotheſi ſua, qua omnem brutis ſenſum & animam denegauit, clarus eſt, quam deinde CARTESIUS clam ſecutus & omnibus PEREIRÆ argumentis uſus eſſe dicitur. Præter KOENIGIUM in Biblioth. Vet. & Noua p. 619. idem affirmauerunt JO. BAPT. CAPASSO in Hiſt. Philoſ. Synopſi L. IV. Cap. 13. p. 439. & auctor *derer freymüthigen Gedancken aus der Hiſt. Critic. und Litteratur.* p. 270. Negauit vero BAYLIUS in Dictionario ſuo ad v. PEREIRA nobisque perſuadere mauult, CARTESIUM ſententiam eandem

dem expoſuiſſe ac propugnauiſſe, priusquam Hiſpani commentatio ad eiusdem oculos peruenerit. Neſcio an veritati conſtent, quæ auctor *des Pieçes fugitiues d'Hiſt. & de Litterature ancien. Partie II. Paris.* 1704. p. 374. de Epiſtola narrat, quam ad virum quendam doctum Auenionenſem ſcripſiſſent hæredes typographi, qui Antonianam Margaretam impreſſerat. In ea ſcilicet ita legi, operis huius raritatem inde fuiſſe ortam, quod Gallus quidam Methymnam Campi venerit, omniaque exemplaria numero quingenta coëmerit, pretio etiam, prout ſtatutum erat, perſoluto nocte inſequenti eadem in domicilio ſuo Vulcano tradiderit. Noua autem iam naſceretur quæſtio, an Gallus ille a CARTESIO vel eius aſſeclis ſubornatus fuerit, ut liber ille, eiusdemque proinde Syſtematis verus auctor ſupprimeretur. Id quidem CARTESII aſſeclæ lubentes dabunt, magiſtrum ſuum ſæpius diſſimulaſſe, a quo profecerit, atque in omnibus ſcientiarum partibus ἀυτοδίδακτον videri maluiſſe. Sic Algebraicam artem, cum Almæ viueret hoſpes, a ciue quodam nomine FAULHABERO addidicit, qui contemplationi Arithmeticæ deditus fuit. Rem eandem fuſius exponunt *Nouuelles de la Republique des Lettres. Amſt.* 1684. p. 21. De PEREIRA hoc adhuc annotari volumus, ipſum in veterum Philoſophorum opinionibus refellendis nimium genio ſuo indulſiſſe, ſicuti aliquibus hoc

fecisse

feciſſe viſus eſt in doctrina Febrium, quando GALENO ignorantiam exprobrat, &, hunc Medicorum veterum principem, non dolo ſed ignorantia excoecatum poſteris impoſuiſſe, ſcribit, id quod adeo diſplicuit auctori *de l'Abregé de l'Hiſt. des ſçavans* ut p. 253. verbis PEREIRÆ hæc adſcriberet: *Voila un echantillon de la doctrine & du genie de cet Eſpagnol.*

LXXXVI.

MATTHÆI JUDICIS, de Typographiæ inuentione & de prælorum legitima inſpectione libellus breuis & utilis. Coppenhagii. Excudebat Johannes Zimmermannus. *Anno* M.D.LXVI. 8.

Pauca ſunt, quæ ADRI. BEIERUS in Jenenſium Profeſſorum Nomenclatura & JO. CASP. ZEUMERUS in vitis Profeſſorum Jenenſ. de auctore tradunt. Plura utique habentur in oratione de vita MATTH. JUDICIS a M. ANDREA SCHOPPIO conſcripta, quæ Enarrationis Epiſtolar. Dominical. ipſius JUDICIS II. Parti editæ Islebii anno 1578. 8. ſubiuncta & a THO. CRENIO inſerta eſt Animaduerſ. Philol. & Hiſt. P. VI. p. 49. JUDEX fuit Dippoldiswalda-Miſnicus & per aliquod temporis ſpatium Profeſſor Jenenſis, inter Centuriatores Magdeburgenſes celebris. Idem, quod in Synergiſtarum partes tranſire nolebat, in exilium actus eſt, conf.

JO.

JO. GEO. LEUCKFELDS Hiſtoria Heshuſiana. p. 73. & *Den Hiſtoriſchen Vorbericht zum Magdeburgiſchen Jubel-Jahr*. p. 81. ſeq. Eodem igitur tempore, anno ſcilicet 1564. librum hunc inuentu iam difficillimum finiit JUDEX, ſicuti ex præfatione liquet, quæ EBERHARDO a THAMA, (vel rectius a THANNE) Doctori PETRO PREM, D. SIMONI SCHARDIO & D. LAMPERTO FREDELANDO inſcripta eſt. Ibidem libri ſui argumentum declarat: " præla dona Dei, ac inſpectionem & iudicium librorum theologicorum non ſolis aulicis, qui alioquin ſatis habent, quod agant, ſed eccleſiæ, eius ſinceris & dono diſcernendi Spiritus præditis Miniſtris competere, nec probare decreta & conſtitutiones contrarias & multiplices abuſus, multo minus, ut eam ob cauſam miniſtri Dei, quorum neque doctrina neque vita culpabilis eſt, affligantur. " Librum in duas partes diuidit, quarum prior typographiam ſecundum appellationes, cauſas, effectus, cognata, pugnantia &c. deſcribit; poſterior varias continet quæſtiones de typographia e. g. Quando inuenta, cur tot ſeculis ignorata ſit? &c. Catalogos typographorum, locorum & operum quorundam inſerit, inſpectionem legitimam ab illegitima diſtinguit, de officiis etiam magiſtratus, ſcriptorum & typographorum ſalutaria præcipit, ſimulque promittit, ſe de vitiis typographorum & bibliopolarum, ple-

pleniorem tractationem in lucem editurum eſſe, ut, quæ pietas, eruditio, induſtria, fides typographis iubent, leges magis pateant; verum enim vero JUDICEM exilii calamitas promiſſis ſtare vetuit.

LXXXVII.

SIMONIS SIMONII Lucenſis primum Romani tum Caluiniani, deinde Lutherani, denuo Romani, ſemper autem Athei Summa Religio. Authore D. M. S. P. Cracouiæ. typis Alexii Rodecii. M.D.LXXXVIII.

4. pagg. 20.

SIMONIUS circa annum 1567. Geneuæ Philoſophiam docuit, in THEOD. BEZÆ Epiſtolis, ſicut BAYLIUS voluit, epiſtola inuenitur, in qua SIMONIUS tanquam ſceleſtiſſimus religionum deriſor ſiſtitur, eius autem nomen reticetur. v. *les Lettres de Mr. BAYLE. T. II.* Nec BEZA fallitur. Ex ſequentibus enim quam grauiter anonymus in SIMONIUM inuehatur, & quam impia dogmata hic fouerit, perſpicere licebit: "Verum tamen, incipit, cum omnino velis nunc "dici Catholicus, cur ſaltem poſt 23. anno"rum inconſtantiam perfidioſam, in aula nunc "iuſtiſſimis Regis tibi non conſtas? - - - Dic "ſaltem in aurem, vt potuiſti riſum tenere "tamdiu ſimulando & mentiendo, cum in "concione illa frequentiſſima Pragenſi decla-

"mabas

mabas de religionibus, de Sacerdotio &c. - "
- - Cum tua religio ſit, nullam ſtatuere inter homines pietatem? cum dicas philoſophi magni eſſe religioni bellum indicere? - "
- - arrident nimium palato tuo dogmata "
Scholæ PETRI ARETINI maledicentiſſimi "
ac fœdiſſimi monſtri - - - Lege particulam "
Catechiſmi tui. - - - Symboli Simoniani "
exordium ſequens eſt: Cœlum genitoris loco terram matris rerum omnium materiarum veneramur. - - - Non matrix intelligentia, ſed viuificus calor eſt cœli forma "
& cauſa perficiens. - - - Cœli calorem "
ne cum Hippocrate lib. de carminibus "
vocem omnia intelligentem ac ſcientem "
præterita & futura dicam, religione ipſa "
impedior. Hoc tamen dicentibus, quod "
Hippocrates dixit, non repugnabo. " Ex his omnibus facili negotio intelligimus, SIMONIUM per Deum non motorem, ut Peripatetici tradunt, ſed quendam calorem viuificum deſignare vel potius ipſam cœli formam, ſicuti in Symbolo ſuo Vilnæ diuulgato clarius prodidit. Recenſione hac finita, ſequitur: *Probitas* MARITI SIMONIS SIMONII: Tractatus ita incipit: *Squarcialupus in opuſculi cuiusdam titulo hæc habet verba. De Coniugio ſiue de humana perfectione.* SIMONIUS titulum urgens ſequentem in modum ratiocinatur: " Perfecta eſt humanitas abſque coniugio, Monachi & Sacerdotes ſuam "
viri-

virilitatem Deo vouerunt; ſine coniugio ma- "
ior eſſet hominum multitudo, idque fieret "
maiori cum commodo tum voluptate; Quan- "
quam autem hoc impium eſt: attamen pie- "
tatem dicent ad hominem, quatenus homo, "
nihil pertinere." Hæc aliaque dogmata SIMONII ſummam impietatem monſtrantia ſatyrice refutantur, & ipſi Chymica licentia plusquam ſceleroſa exprobratur. SIMONIUS etiam nunquam ad frugem rediit, ſed in ipſis vinculis heterodoxa eadem profeſſus eſt, eorumque ad ſummam uſque ſenectutem tenaciſſimus fuit. Tractatus cum ſequenti paræneſi ad Jeſuitas & Pontificos reliquos inſtituta finitur: "Cauete a Timone Simonis mortales cuncti, nam qui ſe ipſe perditum vult, quî amabit alios?" De cenſuræ huius auctore, quis ſit, nihil certi definire poſſum, Socinianum eſſe credidi, cui etiam ne SIMONII dogmata profana obliuione deleantur, curæ cordique fuit. Plura ſi ſcire aueas, euolue BAYLIUM ad Art. THEODORE SIMON. not. B. ubi etiam loca quædam a SPIZELIO in Scrutinio Atheiſmi p. 43. 44. adducta inſeruntur.

LXXXVIII.

NICOLAI CARRI, Nouocaſtrenſis Angli, De Scriptorum Britannicorum paucitate, & ſtudiorum impedimentis oratio nunc primum edita: Eiusdem fere argumenti, aliorum Centones aliquot adiiciuntur. Londini. Tho. Marsh. M. D. LXXVI. 12.

CARRUS vir latinitatis caſtioris inter Anglos ſtudioſiſſimus & eloquentiſſimus, Græcæ linguæ apud Cantabrigienſes Prof. Regius præter epiſtolas nonnullas, quarum eruditiſſima eſt illa, quam de MARTINI BUCERI obitu ad JOH. CHECUM ſcripſit, videſis GUL. BATESII Vitas ſelectorum aliquot virorum p. 254. etiam hanc Querelam, cuius argumentum breuiter delineaturus ſum, reliquit. In ipſa ſcriptorum multitudine & varietate, quorum anglia ſemper fuit feraciſſima, CARRUS de paucitate queritur, impedimenta vero, quibus ſtudia ſupprimuntur, frequentiora eſſe dolet. Ad impedimenta illa refert nouitatis ſtudium, typographorum imperitiam, eruditorum contemtum, & mercatorum auaritiam. Nec CARRUS primus fuit, qui difficultates eas attigit, ſed ante eundem LAUR. HUMFREDUS, JO. CAIUS, RICHARD. VERNAMUS & CONR. GESNERUS idem anglorum faſtidium oppugnauerant. Mercatores imprimis accuſat,

 quod

quod exterorum lucubrationes cumulatim in angliam inferant, ciuium autem ſuorum ſcripta in transmarinas partes exportare grauentur, in ciues inuehitur, quod libros ſuos anglice tantum ſcribant, qua de cauſa intra orbem anglicum perpetuo deliteſcant; Hæc aliaque THOMAS HATCHERUS in præfatione THOMÆ WILSONO LL. Doctori, Eliſabethæ à ſupplicum libellis inſcripta & multo grauius CARRUS in oratione ſua elocutus eſt. Accedunt teſtimonia varia de Anglorum erga peregrinos ſtudio, ex LAUR. HUMFREDI de Nobilitate lib. II. JO. CAII Epiſtola ad BARTHOL. CLERCUM. RICH. VERNAMI Methodo Geographica, aliisque epiſtolis ante hac ineditis CAII, HATCHERI &c. eruditiſſimis.

LXXXIX.

LXXXIX.

Epiſtre aux Magnifiques Seigneurs de Siene, par BERNARDIN OCHIN du dit lieu, aux quelz il rend raiſon de ſa foy & doctrine. Avec un autre Epiſtre a MUTIO JUSTINOPOLITAIN, par laquelle il rend auſſi raiſon de ſon departement d'Italie & du changement de ſon eſtat. Translatée de la langue Italienne. Super omnia vincit veritas. M. D. XLIV. 8.

Epiſtola prior continet confeſſionem OCHINI præcipue in articulo de fide viua, a qua omnis Eccleſiæ ſalus dependet. Urget ſatisfactionem plenariam a Chriſto pro peccatis noſtris præſtitam, bonorum operum ad ſalutem reſpectum & neceſſitatem reiicit. Unicam tantum, quæ de Chriſto & hominibus per eundem mediatorem cum Deo reconciliatis agit, religionem admittit, cetera religionum genera, quibus ſemetipſos homines ipſi purgare & iuſtificare cupiunt, ſceleſtiſſima pronunciat. Credit, omnes electos per Chriſtum ex gratia & non ex operum merito ſaluari. Unicum tantum Euangelium a Prophetis promiſſum a Chriſto eiusque Apoſtolis prædicatum aſſerit. Quæ quidem omnia OCHINUS non nude tantum affirmauit, ve-

rum etiam argumentis & dictis ſcripturæ S. diligentiſſime confirmauit.

In poſteriori Epiſtola OCHINUS conuerſionem ſuam recenſet: Se adhuc iuuenem ſæpius deliberaſſe, quomodo paradiſus cœleſtis, qui gratiæ diuinæ debetur, ieiuniis, orationibus, abſtinentia, vigiliis &c. id quod Romanenſes tradunt, acquiri poſſit: nihilominus ſalutis ſuæ cupidiſſimum ordini S. FRANCISCI (quem ſcilicet religioſiſſimum ſibi perſuaſiſſent) ſe addixiſſe, non ita multo poſt de ſalute ſua anxium ſed Dei gratia per Scripturam S. illuminatum ſequentia tria dogmata veriſſima eſſe perſpexiſſe: 1) *que Chriſt a pleinement ſatisfait pour les eleuz, & leura merité paradis & que luy ſeul eſt noſtre iuſtice & ſalut:* 2) *que les voeux des religions humaines ſont, non ſeulement de nulle valeur, mais mechantes:* 3) *que l'Egliſe Romaine, iaſoit qu'au dehors elle reluiſe & ait belle apparence aux yeux charnelz, eſt neantmoins tres abominable devant Dieu.* Hæc aliaque plura Italos ſuperſtitione tantum non excoecatos OCHINUS docere incepit. Cum vero populorum animi commoueri viderentur, Papa de fide OCHINI certior factus ſeptem Cardinales conſtituit, coram quibus ille appareret & fidei ſuæ rationem redderet. OCHINUS autem, qui Papæ mandata hactenus irrita habuerat, nec etiamnum paruit ſed inſidias vitæ ſuæ paratas ſentiens pridie aufugit, quam duodecim

equi-

equites Monaſterium Capucinorum Senenſe cingebant &, OCHINUM inde elapſum Florentiam usque perſequebantur. Sed hic bene latuit, donec die VII. Iduum Aprilis, anno 1543. Geneuam venit, ubi epiſtolas has pulcherrimas ſcripſit, egregia ſane cultus Pontificii ab ipſo Pontificio reprobati veritatisque purioris teſtimonia. Huc etiam pertinet *Epiſtola Magiſtri HIERONYMI Lucenſis ad BERNH. OCHINUM Senenſem, cum reſponſione eiusdem BERNARDINI. Geneuæ. per* Johannem Girardum. M. D. XLIII. 12. *Reſponſio BERNARDINI Senenſis ad MARCUM Brixienſem, Abbatem Ordinis Sancti Benedicti,* (quæ de OCHINI a Romani pontificis tyrannide, defectione agit in 12. *Apologi, nelli quali ſi ſcuoprono gli abuſi, errori &c. della Sinagoga del Papa e de ſuoi Preti, Monaci, & Frati.* (*da BERN. OCHINO*) *Geneua. Gerardi.* 1554. 8. De quibus alio tempore ac loco dicturus ſum. Hoc enim OCHINI commercium tanti æſtimo, ut multa eaque certiſſima argumenta contra Eccleſiæ Romanæ fidem & praxin inde colligi poſſe, ſemper crediderim.

X.C.

Catalogus Librorum rariſſimorum ab artis Typographicæ Inuentoribus, aliisque eius artis principibus ante annum Milleſimum quingenteſimum excuſorum; omnium optime conſeruatorum. 8.

Ut de Catalogo hoc rariſſimo, cuius 25. exemplaria tantum Venetiis excuſa fuiſſe, perhibent, prolixiorem, quam quondam a me factum erat, recenſionem ſuppeditarem, VAILLANTII per Cl. BUNEMANNUM aliique voluerunt: Catalogus conſtat 4. plagulis, nitidiſſimis typis exſcriptus & ſecundum Alphabeti ordinem compoſitus eſt. Codices antiquiſſimi arte impreſſoria confecti, tum Sacri tum profani diligentiſſime, quod ad titulum & antiquitatis notas, deſcribuntur. Obſeruationes etiam paſſim adduntur, quales MICH. MAITTAIRIUS incomparabilis rei typographicæ ſcriptor Annalibus ſuis Typographicis frequentius ſubſcripſit. Non equidem diffiteor, collectionem illam ultra dimidiam partem in MAITTAIRII annalibus iam legi, nihilominus tamen editiones pene multas easque plerumque Italicas annotaui, quibus Angli doctiſſimi opus carere nollem. In fine hæc verba commendationis loco extant:

PRETIOSISSIMA HÆC LIBRORUM COLLECTIO, CUIUSUIS MAGNI PRINCIPIS

PIS BIBLIOTHECA DIGNISSIMA, CONSTAT VOLUMINIBUS CCXXVII.

XCI.

HIER. de MANFREDIS, (Liber dictus) *Il Perche, de Medicina ad inſtar ARISTOTELIS problematum: Liber de Homine & conſeruatione Sanitatis* (in fine) *Bononiæ impreſſum per me VGONEM RUGERIUM & Dominum BERTOCHUM RUGIENSEM. Anno Domini* M. CCCC. LXXII. *die prima Julii fol.*

Editio hæc prima characteris nitore ceteris, quæ ſecutæ ſunt, præcellens annotationibus tamen caret, quibus alia apud eruditos commendatiſſima gaudet, cuius etiam titulus heic adeſt:

Libro Intitolato il Perche tradotto di Latino in Italiano di GIER. de MANFREDI (Medico & Aſtrologo) & dall'iſteſſo in molti luochi dilucidato & illuſtrato. con moſtrar le cagioni d'infinite coſe appartenenti alla Sanità con la dichiaratione delle virtu d'alcune herbe: di nuovo riſtampata & repurgata da quelle coſe che haueresſero potuto offendere il ſimplice animo del Lettore. Venetia Lucio Spineda. M.DC. 8. pagg. 314.

Præter hanc adhuc recentiorem ſcilicet Bononiæ anno 1664. excuſam MANGETUS nominauit, videſis Bibliothecam Scriptorum Medicorum T. II. p. 217. & nuperrime ad manus venit Editio Venetiis an. 1591. in 8. impreſſa, at utraque manca eſt. Ut ad antiquam reuertar, eam militi JO. de BENTIVOGLIIS inſcriptam eſſe inuenio. Conſtat libris duobus, quorum prior de conſeruatione ſanitatis, poſterior de cauſis in homine circa compoſitionem eius per Quæſita & Reſponſiones docet. *Ἀπὸ τȣ̃ τρόπȣ τῆς παιδείας* liber *Perche* denominatus eſt, hunc enim in modum continuo quæritur: *Perche il ſoper chio nelle coſe che viuemo fa in noi infirmita: Perche il ſuperfluo mangiare e bere diſtempera il corpo humano.* Editionem hanc rariorem eſſe vel inde colligitur, quod non tam vili pretio vendi ſoleat. In editione ſecunda operis totius diuiſio mutata & in VIII. Libros facta eſt. Ut de familia MANFREDORUM illuſtri nonnihil adiiciam, Fauentiam urbem ab albis vaſis fictilibus ſatis famoſam in Flaminia ſitam, libertate amiſſa, MANFREDIS paruiſſe conſtat, ſed poſſeſſio illa durauit usque ad ALEXANDRI VI. Papæ tyrannidem, quæ MANFREDORUM genti exitioſa fuit, huius enim iuſſu ultimus, qui ex familia tam celebri ſupererat, ASTORRE dictus iugulatus, eiusque cadauer in Tiberim proiectum eſt. v. de *ROGISSART Delices de l'Italie. T. I.* p. 215.

Eidem

Eidem familiæ Forum Cornelii (*Imola*) multos per annos ſub Vicariatus nomine ſubiectum fuit, donec in HIER. RIARII poteſtatem anno 1473. peruenit. v. *GIULIO CESARE SOLIS, Deſcrittione di molte Iſole famoſiſſime*. p. 30.

XCII.

NICOLO FRANCO, Rime contra ARETINO. MSt. 4

Sunt Rhythmi iſti, quibus FRANCUS Poëta de PETRO ARETINO Satyricorum temporis ſui principe triumphauit, eiusque linguæ acutiſſima tela totius fere orbis principibus extimeſcenda retudit. Prolixiorem de carminum illorum hiſtoria diſcurſum inſtituit auctor *der freymüthigen Gedancken aus der Hiſtorie, Critic und Litteratur*. p. 175. qui carmina modo dicta typis unquam exſcripta fuiſſe ſubdubitat, quamuis alii eadem Venetiis lucem vidiſſe, neſcio qua freti auctoritate, eaque certe ambigua, aſſeruerint. Præmittitur quidem FRANCI Epiſtola ad JO. ANT. GUIDONEM Impreſſorem, ſed cum nemo, qui impreſſionem ipſam viderit, adhuc inuentus ſit, certi quidquam enunciare haud licebit. Epiſtola, quam memoraui, data eſt Turini menſe Junio anni M. D. XLI. ſicuti & ceteræ, quæ ſequuntur, quarum aliæ oratione ligata eodem tempore ſcriptæ ſunt &

quidem ad principem FRANCISCUM ALUMNUM de FERRARA &c. aliæ rhythmis incluſæ, quæ GISMONDI FRONTINI de la TORRE, Gubernatoris Montisferrati, JULII PELLICELLI, JO. CANIS Secretarii & aliorum nomina præferunt. Interpoſita eſt Franci Epiſtola ſingularis ad Principes, in qua malignitatem linguæ ARETINI publice deteſtatur, Turini anno eodem ſcripta. Liber in quinque partes diuiſus & 218. Sonnettis abſolutus eſt. Poëtam hunc principes a dicacitate ARETINI vindicaturum, non tantum de ipſo ſic dicto principum flagello victoriam reportaſſe, ſed in hoc etiam ſcribendi genere inſigniter excelluiſſe, ſaltem non inficias ibunt, qui ex reliquis eius ſcriptis cognouerunt, difficile fuiſſe FRANCO, Satyram non ſcribere, quæ quidem verba eius effigiem circumſcripta eſſe, inueni in *Dialogo delle Bellezze*. Cæſale. 1524. 4. In quo etiam libello præter Satyram non facile quidquam deprehenditur, quo morum animique caſtioris honeſtas offendi queat. Ex aduerſo in Commentario alio in *Priapeia*, cuius perſenex in 42 ſonnettis ſcriptor extitit, ſalaciſſimis allocutionibus atque impudicis encomiis ciuium ſuorum ulli cedere dedecori ſibi putauit. Autographum pariter ac Exempla PAULUS IV. Pontifex flammis tradidit. Atuero quum Poeta Pontificis edictum dilacerare & floccipendere auſus eſſet, PIO V. ſedente in carcerem coniectus

ctus eſt, ſed tantum abfuit, ut libertatis priuatio animum hominis iocis adſueti deprimeret, ut potius excitaret, id quod ex Diſticho Palatii Lateranenſis latrino eius manu adſcripto colligere licet:

Papa PIUS Quintus ventres miſeratus onuſtos
Hocce cacatorium nobile fecit opus.

Licentiam Poëticam, qua tertiam cacatorii ſyllabam breuem reddidit, ridet MENAGIUS. v. Menagiana T. II. p. 358. Tandem delicti ſui pœnam in via Paſquini anno 1570. ſuſpendio luit. Annum hunc deſignauit auctor *derer freymüthigen Gedancken* l. c. Fallitur omnino BAILLETTUS & cum ipſo ARPE in Theatro fati p.62. pluresque alii, qui FRANCO iam anno 1554. miſero laqueo gulam fractam eſſe, tradiderunt. Rem totam fuſius enarrauit BAILLET *dans le T. IV. me de ſes Oeuvres* p. 69. in not. Edit. Amſtel. 1725.

XCIII.

LUCÆ GAURICI, Geophonenſis Epiſcopi Tractatus de Ocio liberali: acc. Aureus liber de illuſtribus Poëtarum auctoritatibus. Romæ. Valerius *&* Aloyſius Dorici *fratres.*
M.D.LVII. 4. p. 174.

Quantum ex Menagianorum T. I. p.340. diſcimus, LUCAS famoſiſſimus Aſtrologus & frater POMPONII GAURICI Poëtæ fuit, ipſe

ipſe quoque in præfamine ad Card. TIBERIUM CRISPUM ſcripto ſe Philoſophiæ Matheſeosque ſtudiis delectari profitetur. Dialogo huic, in quo SANTI PALONO Mutinenſi Phyſico reſpondet, anſam dederunt verba Ciceronis: *nunquam ſe minus otioſum eſſe*, teſtantis, *quam quum ociofus, neque minus ſolum, quam cum ſolus eſſet*. Ab illiberali otio, quod inutilem & ignominioſam temporis iacturam vituperat & Sardanapali effœminati, PTOLEMÆI Iunioris aliorumque exemplis depingit, ad tractationem de otio liberali tranſit, POSSIDONII ſententiam exprimit, quando quatuor artium genera, ſcilicet artes vulgares & ſordidas, ludicras, pueriles, atque illiberales diſtinguit. Ad pueriles refert, quæ nonnihil artibus liberalibus ſimile oſtendunt, ſed nihilominus in literarum inutilium ſtudiis habentur, ut ſi quis ſcire aueat: Quot remiges habuerit Vlyxes? item, Iliasne an Odyſſea prior ſcripta fuerit? De POSSIDONIO, cuius fama magnus ille POMPEIUS allectus fuit, multa diſſerit, eaque haud vulgaria. Otium liberale duplex facturus aliud in honeſta animi occupatione quiete tamen corporis ſimul ponit, aliud in corporis occupatione honeſta, quiete nihilominus animi conſtituit. Vtramque ſpeciem exemplis ex hiſtoria priſca petitis illuſtrat & poſteriorem in libro III. auctoritatibus veterum præſertim munit. GAURICUM ultra

CI-

CICERONIS præcepta non ſapuiſſe & prout tum erat philoſophiæ facies atque virtus, in conceptibus metaphyſicis acquieuiſſe iudico.

XCIV.

Alemanniana No. I. Memoire concernant la Famille des FABRES de Savoye. Grenoble. 4. plag. I.

Scriptiuncula vel eo tantum fine commemoranda eſt, ut in doctiſſimis, quas Viri Celeberrimi, & de re tum ſacra tum literaria meritiſſimi, JO. CHRISTO. WOLFFIUS & MICH. LILIENTHALIUS conſcripſerunt, de Libris in ANA commentationibus locum aliquando inuenire poſſint. Ab utroque *Alemanniana* recenſentur, ſed eadem ab eis, quorum argumentum ego deſcripturus ſum, longiſſime diſcrepant. Vt rem, quod aiunt, ab ouo exordiar, VOGELATIUS (de VAUGELAS) ſcripſit *Remarques ſur la Langue Françoiſe*, quæ obſeruationes an. 1655. iam tertium recuſæ ſunt. VAUGELATIO mortuo, ALEMANNUS quidam, Parlamenti Gratianopolitani aduocatus, *Remarques poſthumes de M. de Vaugelas* Pariſiis anno 1690. edidit. DOMINICUS BUHURSIUS tamen vir linguæ gallicæ callentiſſimus, obſeruationibus his perlectis nullo ſibi modo ab ALEMANNO perſuaderi patiebatur, animaduerſiones VOGELATII eſſe, ſed potius ipſius ALE-

ALEMANNI, iudicabat, utpote qui, quam feliciter illius ſtylum exprimere poſſet, experiri voluiſſet, qua etiam ductus opinione ALEMANNUM in Continuatione obſeruationum ſuarum in Linguam Gallicam *le faux Vaugelas & le Vaugelas de Grenoble* appellauit. Quamuis vero ALEMANNUS incuſatione illa minime offenderetur, magno ſibi potius honori ducens, ingenium ſuum VOGELATII ſtylo exprimendo par iudicatum eſſe, in duobus tamen, quæ poſtea emiſit, ſcriptis, ſcilicet *dans la Guerre ciuile des Autheurs François ſur la Langue & dans l'un de ſes Journaux d'Hiſtoire & de Literature* fatebatur ſe præter pauciſſimas obſeruationes & præfationem, quæ VOGELATII elogium continet, nihil prorſus ſibi vindicare poſſe. BUHURSIO defuncto, Academici Pariſienſes cauſam eius ſuſcipiebant & opera VOGELATII inedita, quæ ipſe adhuc viuus cum quamplurimis communicauerat, interiiſſe dolebant. Hæc itaque, quam in compendium redegi, relatio plagulæ ſpatium ultra dimidiam fere partem occupat, inde ad FABRORUM progeniem, ex qua magnus JCtus & Philologus percelebris TANAQVILLUS FABER & VOGELATIUS orti ſunt, progreditur, & propter affinitates, quæ genti tam inclytæ cum aliis æque illuſtribus familiis interceſſerunt, eximie laudat. Collector Alemannianorum addit *Memoire touchant l'ancienne Maiſon des Ale-*

Alemands de Dauphiné & de Savoye: Primus nominatur abbas ALEMAND de MONTMARIN ad Epiſcopatum Gratianopolitanum euectus, cuius memoriam ALEMANNUS modo laudatus ad poſteritatem propagare voluit. Multum ſibi faceſſit negotii, ut familiam ſuam a Dominis de TECK vel TEUCH conditoribus ciuitatis Bernenſis deſcendiſſe & nomen ALLEMANS, ALEMANDS & ALEMANS exinde accepiſſe, demonſtret. Tandem labores circa antiquitates & numiſmata Sabaudorum ab ALEMANNO aduocato pene inchoati annotantur & plures eiusdem generis obſeruationes promittuntur.

XCV.

La Meſſe trouvée dans l'Eſcriture. M. DC.XLII. 8. pagg. 44.

Schediaſma hoc, in quo auctor Miſſam in Scriptura S. inuentam urbane ridet, initio Pontificatus INNOCENTII X. prodiit. FRANCISCUS Veronenſis Jeſuita inprimis perſtringitur, qui ut de Miſſa bene mereretur, in Theologiæ Doctorem promotus noua quædam argumenta ex noua Bibliorum verſione per doctores Louanienſes Pariſiis anno M. DC. XLVI. curata elicuit. Vides Jeſuitam verſionem eandem nondum in lucem editam in ſubſidium vocauiſſe & Anonymum etiam refutatione ſua impreſſionem ipſam ſta-

tim

tim præueniſſe. Jeſuita ad Acta Apoſt. Caputque XIII. v. 2. prouocauit, ubi verba: λειτουργουντων δε αυτων τω Κυρίω ita translata leguntur: *Eux diſans la MESSE au Seigneur:* cum ſecundum literalem expoſitionem reddenda fuiſſent: *Miniſtrantibus illis Domino;* ut taceam, Jeſuitam ſibilo eſſe dignum, ubi characteres maiuſculos, quibus vox *Meſſe* ſtudio expreſſa eſt, pro dogmate malæ fidei corroborando adduxit. Rationibus eiuſmodi ficulneis feliciter exploſis, ad reliqua Pontificiis cordatioribus ipſis plerumque ſuſpecta dogmata pergit, quæ ſub nominibus magnificis deridentur magis quam euehuntur. Sic legitur *Le Marquis Purgatoire, le Conte Merite & le Viconte Franc-Arbitre tous officiers chez mere Saincte Egliſe Romaine. Car ce Marquis Purgatoire & le grand maiſtre Cuiſinier de toute la Hierarchie, ayant la charge de faire boüillir la Marmitte. Le Conte Merite c'eſt le grand Threſorier de l'Egliſe Catholique. Car il eſt le Depoſitaire de ces richeſſes, par leſquelles elle pretend achepter le Royaume des Cieux. Et ce Vicomte Franc-Arbitre c'eſt le Factotum de toute ceſte illuſtre maiſon.* p. 28. In Scenam producitur *la bonne Dame* Traditio iracunda, quod non æque locum in Pandectis ſacris inuenerit. Ex toto ſcripto id apparet, auctorem quidem in Hugonotarum gratiam attamen non in veritatis detrimentum ita ſcripſiſſe. Eiusdem autem argumenti ſcripta etiam alia

alia proſtant, in quibus errores Papiſtarum de Purgatorio, Precibus pro defunctis, Indulgentiis &c. falſe caſtigantur, inprimis rarioris cuiusdam tractatus dememiniſſe nolim:

Villicationis ſuæ de medio animarum ſtatu ratio Epiſcopo Chalcedonenſi reddita a THOMA Anglo ex Albiis Eaſt Saxonum. Eccleſ. 32. Si bis interrogatus fueris, habeat Caput Reſponſum tuum. Pariſ. M.DC. LIII. 8.

XCVI.

La Cena de le Ceneri deſcritta in cinque Dialogui, per quattro interlocutori, con tre conſiderationi circa doi ſuggetti. M. D. LXXXIV. 8. pagg. 128.

Epiſtola Prooemialis, in qua Dialogorum argumenta quinque recenſentur, ſcripta eſt ad *Signor di MAUUISSIERO Caualier del ordine de Re & Secretario del ſuo priuato conſeglo, Capitano di cinquant' huomini d' Arma & Ambaſciator di Francia in Inghilterra.* Hac dedicatione coniectura noſtra confirmatur, ſequentes BRUNI peſſimæ notæ libros, *Spaccio, la Cena & degli Heroici,* cuius titulum deinde ſubiungam, Londini excuſos fuiſſe. conf. Celeb. JO. ALB. FABRICIUM de ſcriptoribus Ver. Rel. Chriſt. p. 475. & BAYLIUM in Dictionario ſub. Voce. BRUNO.

Titulus *la Cena de le Ceneri* in Religionis Chriſtianæ, quam non minus impie heic traducit, contemtum excogitatus conuiuium Die Cinerum factum denotat, ſicuti BRUNUS ipſe explicauit: E' una cena che cena? De le ceneri: *che uuoi dir cena de le cenere? fu ui poſto forſe queſto paſto inante? potraſſi forſe dir qua Cinerem TaMquam Panem manducabam? Non ma é un conuito, fatto dopo il tramon tar del ſole, nel primo giorno de la quarantana, detto da noſtri preti Dies Cinerum; & tauolta Giorno del momento.* Quando ibidem ſcriptionis ſuæ, quem ſibi propoſuit, finem prodit, ſe ſcilicet verſaturum eſſe circa *un uoler ueder, quantunque puo natura, in far due fantaſtiche beſane, doi Sogni, due ombre & due febbri quartane*, lubentiſſime fateor, me philoſophum tot verborum ampullis tamque inſipidis ænigmatibus turgentem intelligere haud poſſe. Hoc tamen bene intellexi, libellum hunc non ſaniora, quam ipſum *τὸ Spaccio* cognominatum, dogmata fouere, quinimo mentem ſuam in eodem pluribus corroboratum iuiſſe. Dialogo I. de rationibus philoſophandi variis, de numero binario, de philoſophia reparata, de Copornico & utilitate philoſophiæ Nolanæ agitur. Dial. II. Luſus tropologicos continet & BRUNUS ſub rebus naturalibus, quas contemplatur, ſuas de uniuerſo cogitationes aperit. Dial III. de linguarum neceſſitate ratiocinatur, & in Phæno-

nomenis ſecreta quærit. Dial. IV. Philoſophiam ſuam Theologiæ conformem eſſe, pronunciat. Dial. V. Ad uaria philoſophorum dogmata & inprimis de motu rerumque principiis pergit, ſimulque promittit, ſe hac ratione philoſophiam ſuam pertractaturum & Dialogis ſequentibus abſoluturum eſſe. Ipſe ſuum proponendi modum commendat, quod & breuis & ſufficiens ſit. Excuſat etiam ſe, ſi Dialogum ſcripturus Satyram forſitan aut Comœdiam lectoribus tradiderit. Libellum cum adiuratione finit. Huic ceteros Bruni libellos æque raros ſed illos à Clar. JO. VOGT in Catal. Libror. Rariorum prætermiſſos adiungam. *De gl' Heroici Furori. Parigi.* Antonio Baio. 1585. 12. Libellus omnino ab Epiſtolis differt. Eiusd. de progreſſu & Lampade venatoria Logicorum ad prompte & copioſe de quocunque propoſito problemate diſputandum. 1587. 8. Ejusd. Acrotiſmus ſeu Rationes Articulorum Phyſicorum aduerſus Peripateticos Pariſiis propoſitorum. Vitebergæ. Zach. Crato. 1588. 8. Huic tractatui præfixus eſt Excubitor ſeu JO. HENNEQUINI declamatio habita in Auditorio Regio Pariſienſis Academiæ in feſto Pentec. an. 1586. pro Nolani articulis. Eiusd. *Candelaio. Comedia del BRUNO Nolano Achademico di nulla Academia; detto il faſtidio.* In triſtitia hilaris in hilaritate triſtis. *Parigi. Guglelmo Giuliano.* 1582. 8. De Umbris Idearum implican-

tibus artem, quærendi, inueniendi, iudicandi, ordinandi &applicandi ad internamScripturam & non vulgares per memoriam operationes explicatis. Pariſ. Ægidius Gorbius. 1582. 8. Ars reminiſcendi & in phantaſtico campo exarandi. Londini. 8. Sigillus Sigillorum. Lond. 8. Explicatio triginta Sigillorum. Lond. 8. Ars Memoriæ. 8. En libros raros ſed inutiles, obſcuros, quin immo impios!

XCVII.

Antitheſe de noſtre Seigneur Jeſus Chriſt & du Pape de Rome, Dediée aux Champions & domeſtiques de la Foy. Imprimé l'an de Grace M.DC.XX. 8.

Liber carminice a FRANCISCO de LANCLUSE ſcriptus continet comparationem Chriſtum inter & Antichriſtum inſtitutam, cuius ſcilicet traditiones & dogmata Chriſti verbis aduerſa deſcribuntur & perſtringuntur. Figura præfixa Papam triplici corona indutum ſiſtit, quæ duobus Draconibus coronam eius inhiantibus circumdatur. Elogium adiectum ſequentis tenoris eſt: *Voicy le Pape, qui trois couronnes porte enuironne de Beſtes de ſa ſorte. Poſitus in medio quo me vertam neſcio.* Alia figura exhibet JULIUM III. Papam triplici quoque corona veſtitum, cataphracta munitum, gladiumque ſtringentem, cum verbis:

La Nation & Royaume qui ne m'obeira
Ma grande eſpece l'exterminera.

accedit in fine libelli; *Proteſtation de l'Egliſe Chreſtienne a ſes Perſecutions & a ſon Protecteur.* Anthitheſis hæc omnino differt ab alia Geneuæ. 1578. in 8. edita ſub tit: Antitheſis Chriſti & Antichriſti verſibus & figuris illuſtrata, cui acc: de moribus Chriſti & Antichriſti declaratio, nec non de vita Hildebrandi ſeu Gregorii VII. deſcripta per Benonem Card. Joannæ Papiſſæ Vita; & Apotheoſis Pauli III. omnia ſtudio Simonis Roſarii collecta, de qua tamen confer auctores, quos Cl. VOGT in Catalogo Libror. Rarior. p. 12. allegat.

XCVIII.

JO. BODINI, Colloquium Heptaplomeres, de abditis rerum ſublimium Arcanis Libris VI. digeſtum anno M.D.LXXXVIII. in 4. MSt.

Cum BODINUS ipſe ſe dæmonem habere iactitauerit, citra iniuriam BODINO inferendam cum Patinianis p. 4. adfirmare poſſumus, fœtum hunc impiiſſimum dæmonis filio deberi. Eccleſiæ Romanæ traditiones, CALUINI aberrationes, & LUTHERI ex Euangelio propoſita dogmata heic exploduntur, Naturaliſtis Judæisue ubique victoribus. Quæ ex MSti pagina prima etiam BAYLIUS ad vocem BODINUS transſcripſit. Nomen

Heptaplomeres non ad librorum ſed interlocutorum numerum referri debet, ut bene cum BAYLIO obſeruauit literatiſſimus de la MONNOYE in notis ad COLOMESII Bibl. Selectam. p. 346. Edit. Pariſ. 1731. Duo MSta vidi, &, quod notandum, prout ex literarum ductibus & æquali Voluminum mole coniicere licet, ab uno eodemque librario, &, ni fallor, ex Apographo primo Præſidis de MESMES transſcripta. In quam coniecturam me duci paſſus ſum, quum *dans les Nouuelles de la Republique de Lettres (par BAYLE & BERNARD) Amſt.* 1684. p. 344. legerem: *Ces Dialogues de BODIN furent prêtez en original par ſes heritiers a Mr. le Preſident des MESMES, qui en ſit tirer une Copie, d'ou il eſt probable que ſont venu toutes les autres.* Colloquium illud hucusque ſemper ἀνέκδοτον manſit, remque non omni omnino periculo cariturum eſſe, prudentius exiſtimauerunt illi, qui obſtiterunt, quo minus a POLYC. LYSERO celeberrimo quondam Helmſtadienſium Profeſſore prelo ſubiiceretur. conf. PET. FRID. ARPE Ferias æſtiuales. p. 123. & laudati LYSERI Selecta de Vita & ſcriptis BODINI in Diſput. exhibita Viteb. 1715. Ceterum lectorem curioſum ad ea, quæ a viris laude noſtra maioribus MORHOFFIO, BAYLIO, MENAGIO, STRUUIO, & cumprimis DIECMANNO circa hoc MStum eximie obſeruata ſunt, remittimus.

XCIX.

XCIX.

Le Terze Rime piaceuoli, con una ſcelta delle migliore Rime burleſche del BERNI. MAURO DOLCE & altri Autori incerti. Beneuento.
M. DCC. XXVII. 8.

An JO. CASA carmine quodam παιδεραστίας laudes cecinerit? diſquiſiuit viuaciſſimus & celeb. NIC. HIER. GUNDLINGIUS in Obſeru. Select. Hallenſ. T. I. Obſeru. V. p. 120. & copioſe ſatis demonſtrauit, CASAM nunquam eiusmodi Poëma de Laudibus Sodomiæ compoſuiſſe. MENAGIUS iam antea Epiſcopi huius Beneuentani patrocinium ſuſceperat contra BAILLETUM, qui carminis abominabilis nomen, auctorem, typothetam, ac annum ſolicite annotauerat, ſed viciſſim ille multo fuſius in Anti-Bailleto ſuo demonſtrauit, tantum abeſſe, ut CASA deteſtandi huius fœtus parens unquam extiterit, ut potius calumniæ anſam præbuerit Etruſcum Poëma ab ipſo compoſitum, cui titulus: *Capitolo del Forno*, id quod legitur in adlegata noſtra editione, quæ Amſtelodami prodiit, quamuis Beneuento in titulo appareat, pag. 1. & in

Collectione *delle Opere Burleſche. Lond.* 1721. 8. p. 143. Deſideratur vero in editione Florentina, quæ inſcribitur: *Rime & Proſe, riſcontrate con li migliori originali e ricorrette con gran diligenza. Fior. Filippo Giunti.* 1598. 8. De hac editione obſeruamus, quod ad editionem per Bern. Juntam impreſſam, cuius collector quidam nomine LASCA fuit, excuſa ſit. v. NIC. HAYM *nella Notizia de Libri Rari nella lingua Italiana.* p. 141. Prima editio in 4. prodiit, ſicut *GIOU. CINELLI nella Bibliot. Volante. Scanzia I.* p. 38. ait, *Furno ſtampate la prima volta in Venezia in* 4. *doppo piu volte in Firenze in* 8. *ed ora s'aſpetta l'edizione di Parigi con l'annotazioni del Sig. EGIDIO MENAGIO.* Interim hoc ipſum Poëma ſatis probat, CASAM obſcœnis rerum deſcriptionibus a primo ſtatim adoleſcentiæ tempore delectatum fuiſſe, quod quidem & ipſum MUHLIUM in Diſp. de Poëtis Epiſcopis p. 48. fateri oportet, cui ceteroquin parentis ſui & CASÆ famam contra BAILLETI accuſationes vindicare curæ cordique fuit, ita enim ſcribit: "De cetero non negare poſ-" ſum CASAM maximum verſuum amatorio-

" rum

“rum numerum factitaſſe.“ Inter quos inprimis illud, cuius allegoria continua eſt furnus, referendum cenſet, ubi rerum naturalium ſub imagine res, quas verecundia retegere iubet, inuerecunde aperit & procaciter eloquitur. v. *Dans les Fragmens d'Hiſt. & de Litterature. Haye.* 1706. p. 114. CASA defenditur & vitium obſcœnæ dictionis nationi imputatur, in qua natus eſt Ad rem autem dubiam illam magis diiudicandam prouocandi ſunt, qui manibus oculisque contrectauerunt, ex quorum utique claſſe eſt ille, quicunque ſit, auctor Epiſtolæ de Juuenilibus THEODORI BEZÆ Poëmatis: “extat, inquiens,“ iſte JO. de la CASA Pontifici a Secretis,“ Cameræque Apoſtolicæ Decani & in ditio-“ ne Veneta legati libellus de Laude Sodomiæ“ conſcriptus rhythmice, quem ERHARDUS“ SNEPFIUS oculis uſurpauit.“ Præterea THO. NAOGEORGUS peculiarem Satyram in JO. della CASA Archiepiſcopum Beneuentanum tanquam carminis eiusdem ſcriptorem inſeruit Regno ſuo Papiſtico p. 175. Edit. Baſil. de an. 1559 8. eadem NAOGEOR-

GI de Diſſidiis componendis libris. p. 101. acceſſit. In ceteris editionibus deſideratur. Miror J. C. BECMANNUM in Epiſt. ad J. E. BERGERUM memorare librum rariſſimum, qui in Bibliotheca Francofurt. habeatur, eſſe JO. CASÆ Carmen in laudem Sodomiæ, a GISB. VOETIO in T. I. Diſp. fol. 204. & 205. annotatum: vide Conſilium trigæ virorum de ſcribenda Hiſtoria Bibliothecæ Regiæ Berolinenſis. Idem enim eſt *Capitolo del Forno*; de quo prolixius agit libellus: Confuſ. fabulæ Burdon. p. 360. Alii etiam pro certo tradiderunt, CASAM libello iſto (qualis tamen non eſt, ſunt enim tantum 166. verſus) Cardinalitiæ dignitatis aliorumque officiorum publicorum ſpe excluſum eſſe, cui ſententiæ primum acceſſerant Auctores *de la Bibliotheque Italique. Geneuæ*. 1728. 12. T. I. p. 258. quam vero retractauerunt T. II. p. 310. in Appendice. Tandem annotamus, Italos laſciui carminis amatores CASÆ haud ultimum inter Poëtas ſuos locum attribuiſſe. Teſtis ſit *GIUS. BIANCHINI della Satira Italiana*. p. 39. CASAM commendans, *che nell' una e nell' altra maniera maraviglioſamente compoſe*. Id ipſum etiam

etiam ex præfatione ANTONINI, quam editioni ſuæ præmiſit, liquet, ubi videlicet pag. XVII. ſequenti elogio decoratur:

Siue ſoluta metro; ſeu ſcribis carmina hetruſco,
Seu latio calamo; Seria ſiue iocos,
Exacte arguteque facis; perfectus ab omni
Parte, CASA, & merito gloria prima tua eſt,
Scripſiſti pauca, id querimur; Licet una tuarum
Pagina ſit nobis amplius Iliade.

C.

PETRUS LOPEZ de MONTOYA, Xereſanus Canonicus, de recto uſu diuitiarum. Madriti. Guill. Drouy. M.D.LXXX. 8.

Moralia, quæ in libello hoc collecta ſunt, auctorem ultra vulgus ſapuiſſe, oſtendunt: Verba Matthæi XIX. v. 24. &c. extantia: εὐκοπρώτερόν ἐςι κάμηλον διὰ τρυπήματος ῥαφίδος διελθεῖν, ἢ πλȣ́σιον εἰς τὴν βασιλείαν τȣ̃ θεȣ̃ εἰσελθεῖν. Ita explicat Capite V. tracta-

tractationis ſuæ: Chriſtum in re pene impoſſibili uſum eſſe exemplo rerum nullo modo ſibi cohærentium, quales ſunt foramen acus & ingens illud animal, quemadmodum Chriſtus alibi Matth. VII. 5. &c. monet, eiiciendam eſſe trabem de proprio oculo, priusquam eiiciamus feſtucam de alieno. Et illud Matth. XXIII. 24. liquantes culicem, camelum vero deglutientes. Chriſtum præterea adhibuiſſe adagium non nouum ſed apud Judæos dudum receptiſſimum, quando dixerit: Elephantum non poſſe ingredi per foramen acus.

Difficultates & obiectiones in capitibus ſequentibus remouet, & paræneſin ad elargitionem liberalem addit.

EUAN-

EUANGELI COSMOPOLITANI

NOTÆ AD

JO. BURCH. MENCKENII

DE

CHARLATANERIA

ERUDITORUM DECLAMATIONES.

Pag. 12. (1) ubi de ſcurrilitate agitur ad illa verba: *Quem Italorum morem imitati videntur Germani noſtri.* Verum multo magis imitantur Hiſpanici Comici, qui profecto deberent legere FRANCISCI VAVASSORIS eruditiſſimum politiſſimumque librum de *ludicra dictione*, cui etiam ſoluta ſcribens oratione præter cæteros fuit addictiſſimus FRANCISCUS QUEUEDUS (2) ſummo vir ingenio.

Pag.

(1) Præmonendus eſt Lector Beneuolus, auctorem doctiſſimum in deſignandis paginis, quas, cum facili negotio in editionibus noſtris verba indicata reperiri poſſunt, mutare noluimus, uſum eſſe editione apud Geneuenſes ſequenti ſub titulo excuſa: JO. BURCH. MENCKENII de Charletaneria Eruditorum Declamationes, &c. Supplementi loco in hac editione adiectæ ſunt N. N. Notæ tumultuariæ. Editio quarta ad tertiam Amſtelodamenſem adornata. Lucæ. Leonardi Venturi. M.DCC XXVI. 8. p. 386.

(2) FRANC. QUEUEDO VILLEGAS Eques S. Jacobi, Dominus, ut vulgo audiebat, loci Turris Joannis Abbatis in tractu illo Caſtellæ nouæ, quem *Mancha* dicunt; Conſentit cum Euangelo noſtro NIC. ANTONIUS in Bibl. Hiſpanæ Nouæ P. I. p. 352.

de

Pag. 18. ad illa: *MAIORAGIUS aliique exemplo Pomponii Læti, abiectis nominibus, quæ noua ipſis videbantur, vetera illa Romana reuocabant.* Inter hos præcipue recenſendus ÆLIUS ANTONIUS NEBRISSENSIS, qui ſe purgat, quantum poteſt in Prologo Introductionum in latinam Grammaticen cum longioribus Gloſſematis.

Pag. 26. ad illa: *Taceo Scholaſticorum Elogia.* Sic, quia GOFFREDUM SALAGNIACUM faſtidiorum Juris Interpretem, obſcurique nominis & ſtili, Typographus inſcripſit *ſubtiliſſimum*, ideo paſſim *ſubtiliſſimum* vocarunt FRANCISCUS atque JOSEPHUS ZAMORÆ, (3) fratres, JOSEPHUS RETE-

de illo adſerens; *quod compoſuerit ſtudiorum quorumcunque gratiſſimorum ſeria, cum iocorum & facetiarum ludicra arte ſic feliciter, nemo vt niſi rei gnarus exiſtimare poſſet ad diuerſa natum.* Ibidem tamen additur, quod QUEUEDUS ſenex liberiori in Reipublicæ adminiſtrationem carmine carceris & exilii calamitatem per aliquot annos paſſus ſit.

(3) FRANCISCI, ordinis min. Gen. Miniſtri peculiaris mentio fit in ANTONII Bibl. cit. P.I. p.382. non itidem JOSEPHI ZAMORÆ MSta extant, in quibus GOFFREDUM ſubtiliſſimi titulo ſalutarunt.

TESIUS & JOANNES PUGA. Qua de re legeſis GREGORIUM MAIANSIUM in *vita JO. PUGÆ.* (4) Et quia FERDINANDUS HERRERA (5) Poëta frigidulus, ſed limatiſſimus, mirifice placuit aliquibus, apud Hiſpanos *Diuinus* cognominatus eſt. Scilicet ne unus PLATO tanto nomine gloriaretur.

Pag. 37. ad illa verba, ubi de librorum titulis agitur: *magnifice plerique inſtructi ſunt.* Quid magnificentius ne dicam arrogantius illo titulo ANTONII FABRI Jurisprudentiæ Papinianæ Scientia? Miraris hominis inſolentiam? audi iactantiam. Ipſius verba ſunt hæc in Epiſtola ad Lectorem. *Cur autem Papinianeæ Jurisprudentiæ ſcientiam inſcripſimus, ſi forte miraris & ſuperbius tibi nomen videtur, quam ut unus pati a nobis debuerit; cauſſa hæc eſt, quod non aliter Jurisprudentiam, aut a Papiniano didicitam fuiſſe, poſſum credere, aut a Juliano vel Sabino ceterisque non tam præceptoribus quam auctoribus Juris edoctam.*

Pag.

(4) Opera PUGÆ in Gallia Lugduni ſub prelo iam ſudant a Cl. MAIANSIO in lucem protracta.

(5) Ipſe NICOL. ANTONIUS cognomine *Diuini* tributo HERRERÆ alias in Lyrica Poëſi ſeculi ſui principi, in admirationem traductus eſſe videtur. v. l. c. P. I. p. 382.

P. 38. ubi etiam agitur de titulis librorum. *Nihil non promittant inſolitum.* Huc pertinet ille FRANCISCI QUEUEDI titulus: *Libro de todas las coſas i otras muchas mas: Liber de rebus omnibus & aliis quamplurimis.* (6) Quo nihil ineptius excogitari poteſt. Quanquam non inopia iudicii ſed animi gratia crediderim ita ſuum librum inſcripſiſſe QUEUEDUM, cum ipſe acriter & falſe reprehenderit illius tituli faſtum: *MONTALUAN para todos:* Montaluanus omnibus: (7) in cuius vanitatem QUEUEDUS ſic inuectus eſt.

Juan Peres de Montaluan
Poëta mui importuno,
Eſcrivio un libro para todos
No ſiendo para ninguno.

Forte etiam operis ſui amori nimis indulſit BENEDICTUS FEYIOO vir ingenio præſtanti, cum ei titulum fecit, *Theatro Critico Uniuerſal:* Theatrum Criticum Uniuerſale, (8) ut prætercam adiunctorum improprietatem.

(6) Reperitur inter opera Tomis VI. Madriti. 1729. in 4. edita.

(7) MONTALUAN *para todos.* Liber abſonus Madriti. 1640. in 4. typis exſcriptus eſt.

(8) BENITO. GERON FEYIOO *Theatro Critico Uniuerſal o Diſcurſos varios en todo genero de materias, para deſenganno de Errores communes. Tomis duobus. Madriti.* 1727. & 28.

tem. Ille titulus procul dubio nimis faſtuoſus eſt, *El impoſſible vencido.* Impoſſibile victum. Sic inſcripſit Grammaticas ſuas Inſtitutiones de Lingua Vaſconum EMMANUEL LARRAMENDI, (9) cuius ingenium & amœnitatem plurimi facio. Detur hæc venia nouo huic Columbo. At certe puerili iactantia turget PETRI FABRI titulus ſic habens. *Agoniſticon ſiue de re athletica, ludisque veterum Gymnicis, Muſicis atque Circenſibus, Spicilegiorum Tractatus tribus libris comprehenſi, opus teſſellatum, elucubratum denuo, amplificatum &c.*

Pag. 39. poſt PLINII teſtimonium: Venit mihi in mentem titulus ille LAURENTII

in 4. prodiit, anno ſequenti ſecuta eſt *Illuſtracion apologetica al primo y ſegundo Tomo del Theatr. Crit.* ibid. in 4. Et anno eodem 1729. atque 1730. Tom. III. & IV.

(9) P. LARRAMENDI, qui Bajonæ in præſentiarum commoratur & Hiſpan. Reginæ Caroli II. quondam Coniugi à confeſſionibus fuit, librum ſupra adductum ſequenti euulgauit titulo; *El Impoſſible vencido. arte de la Lengua Baſcongada. Salamanca.* 1729. 8. Idem nomine ſuo per literas tantum initiales M. D. L. ſignificato ſcripſit *De la antiguedad y Univerſalidad de Baſcuenza en Eſpanna. Salan.* 1728. 8.

TII RAMIREZII Pratenſis, Teſſera legum &c. (10)

Pag. 45. ad illa: *Vix poſſis omni licet ingenii vi adhibita diuinare.* Sic ALEXIUS VANEGAS (11) vir ad miraculum eruditus inſcripſit librum hoc modo. *Diferentia de libros.* Diuerſitas librorum. Forte quis exiſtimet, ibi agi de librorum varietate. Et nihil aliud tractatur, quam Philoſophia, tum naturalis tum ſacra.

Pag. 49. ad illa: *Doctorum Ephemeridibus.* In Hiſpania non conſcribuntur Doctorum Ephemerides, ſed ſolent libri publicari a ſeptimanis nunciis. Ideo JOSEPHUS SALUATOR MAGNESIUS ſcriptor proletarius,

(10) En! titulum pleniorem: Teſſera Legum, ſiue otium æſtiuum Pomeridianum Don LAURENTII RAMIREZ de PRADO, in quo dubia adhuc Imperatorum Reſcripta & JCtorum Reſponſa inter ſe pugnantia certo jactu exponuntur atque ſecundo exitu terminantur. Madridii. Lud. Sanchez. 1616. 4. Liber eſt rarus, ſed utilitatis paruæ. conf. ANTON. l. c. P. II. p. 7.

(11) De ALEXII VANEGÆ de BUSTO eruditione inprimis Theologica glorioſe pariter ac uberrime dixit ANT. l. c. P. I. p. 6. Liber ejus; *Diferencia de libros, que ai en el Uniuerſo.* Toleti. 1546. in 4. & poſtea pluribus vicibus lucem vidit.

quoties libellum aliquem euulgat, reliquos etiam, quos ſæpiſſime publicauit, recenſeri iubet: ne ſcilicet memoria excidat tantorum catalogus ſcriptorum.

Pag. 62. ad illa: *Nec deſunt forte, qui & ſcriptis ſuis plena laudis & commendationis carmina &c.* His verbis & exemplis ſalſe deriſit Michael Ceruantes Saauedra. (12) Verbis in Prologo I. Partis ſui Quixoti, quæ latina ego facerem, ſi transferre ſperarem natiuum illum leporem. Operæ pretium eſt eiusdem querimoniam legere, & amici prudens conſilium. Eiusmodi genus hominum exemplis deludit, allatis in ſui libri laudem Epigrammatis Urgande incognite AMADISII PAULÆ, aliorumque ſimilium. Quid dicemus de LUPO FELICE VEGA, (13) qui in Rhithmis humanis diuinisque, quos edidit ſub nomine THOMÆ BARGUILLOS etiam eos celebrauit nomine Comitis Claros?

Pag.

(12) Idem de VEGA nos docet ANTON. T. II. p. 59. illum ad Poëſin natum in iocoſis carminibus nomine hoc uſum eſſe. Rhithmi prodierunt Matr. 1634. 8.

(13) *El Ingenioſo HIDALGO D. QIXOTE de la MANCHA* duabus partibus Matrit. 1618. 4. editus eſt a Saavedra, cuius reliqua monumenta ab eloquentiæ ſtudioſis cupidiſſime leguntur. conf. ANT. P. II. p. 105.

Pag. 65. ad illa: *Adoriuntur modiſque omnibus lacerant.* Inter hos maxime recenſendus eſt JOSEPHUS SALVATOR MAGNESIUS, homo conductus ad viros magnos lacerandos. Is tentauit, an in conuitiorum certamen pertrahere poſſet Cl. Virum GREG. MAIANSIUM, qui licet publice & petulantiſſime ab eo prouocatus adeo modeſte ſe cum eo geſſit, ut noluerit publice ei reſpondere, ſed priuatim & comiter. Cuius tamen reſponſionem MAGNESIUS publici Juris fecit, ut contra eam ſcribillaret. Nimirum homo pugnæ auidus, cum videret MAIANSIUM pernegare, orthographiam editam ab ANTONIO BORDAZARIO (14) eſſe ſuam, licet fateretur hunc ab ſe didiciſſe aliqua; tamen tentabat an cogere MAIANSIUM poſſet, ut conuitia regereret, ut inde ſuſciperet duelli cauſſam. Sed fruſtra fuit. Aquila enim non capit muſcas.

Pag. 78. ad illa: *Quem in cenſum &c.* In eundem etiam cenſum referrem ego THOMAM TAMAIUM VARGAM (15) qui paſſim

(14) Proſtat *BORDAZAR Ortografia Eſpannola.* Valentiæ. 1728. 8. quam ſuppreſſo nomine ſecuta eſt eiusdem *Practica de Ortografia Eſpannola.* Valent. ſine mentione anni edita in 8.

(15) De VARGA judicant Hiſpani, quod quidem

ſim allegat opera ab ſe elucubrata, ut videre eſt, vel in exiguo libello *Notarum* eiusdem ad GARCIAM LASSUM a VEGA. Ibi enim laudantur Notæ in Ennium pag. 3. Commentarii in Perſium. pag. 11. & 66. Collectio & noua Verſio Poëtriarum illuſtrium Græciæ cum Notis p. 27. Chariclea in Hiſpanam linguam conuerſa p. 39. Martialis Hiſpanus p. 60. Horæ ſubceſſiuæ p. 69. Toletum, ſiue de rebus Toletanis Hiſtoria, ubi elogia ſcriptorum illuſtrium, p. 71. 73. 79. Qui in paruulo libello horum meminit, quid ab ſe elucubratum in grandioribus libris non gloriabitur?

Pag. 111. ad illa: *E cathedra depugnari ſolet.* Memorandum eſt, quod ACCURSIUS refert ad L. quinque pedum S. C. fin. reg. his verbis: *PETRUS BAYLARDUS, qui ſe iactauit, quod ex qualibet quantumcumque difficili litera traheret aliquem ſanum intellectum, hic dicit: Neſcio.* Multo felicior fuit, (ut FRANCISCUM Macedonem prætercam ab HENRICO NORISIO Plautino ſale perfrictum) DIDACUS SARMIENTUS & VALLADA-

dem doctus ſed priſcis Chronicorum monumentis admodum deditus ſit. Innuit heic eius *Notas a GARCILASSO de la VEGA Principe de los Poëtas Caſtellanos. Matr.* 1622. 16. v. ANT. P. II. p. 252.

DARES (16) Hiſpaniarum olim Inquiſitor Generalis. Hic cum alumnus eſſet Collegii Valliſoletani Sanctæ Crucis pridie Kal. Junias anni 1654. Diſputationi publicæ propoſuit aſſertiones haſce.

PRIMA ASSERTIO.

Interroganti de quocumque capite cujuslibet tituli per Decretalium integros quinque libros, Sexti, Clementinorum, Extrauagantium, communium & quatuordecim titulorum Extrauagantium Joannis Papæ XXII. deſignato tantum numero capitis, dabimus eius initium & ſententiam. Idem per integros quatuor Inſtitutionum Juſtiniani libros.

SECUNDA ASSERTIO.

Similiter ex uniuerſis ſeptem Partitarum (Prima Partita excepta, cui leuiorem curam impendimus, quia omnia fere quæ continet, ex prædictis Decretalium libris tranſcripta ſunt) & Nouiſſimæ Recopilationis librorum nouem, omnibusque Tauri legibus, numero dicto, ſententiam dabimus.

TERTIA ASSERTIO.

E contra: quacunque ſpecie propoſita principaliter in prædictis omnibus Triplicis Juris libris comprehenſa, dabimus textum probantem ſpeciem & cuiusque deciſionis rationem.

(16) Concluſiones, quæ DIEGO SARMIENTO in forma patenti emiſit, citantur a FEIJOO *in Theatro Crit.* T. IV.

Scito Sarmientum tantum natum eſſe, cum Aſſertiones haſce propoſuit, annos triginta quatuor. Quomodo ſe geſſerit, nusquam legi. Credo feliciſſime, tabula (uti ſolet fieri in talibus caſibus) bene compoſita. Certe propugnatorem oportet etiam fuiſſe valde memorioſum, nam SARMIENTUS certamini præfuit. Vero enim vero ſingulorum textuum reddere rationem inſolentiſſimum eſt. Scripſiſſe aliquid debuerat, qui tantum ſciebat, ut qui miraculo fuit præſentibus, poſteris etiam admirationi eſſet. Non ita feliciter ceſſit alea nouitio Thraſoni, qui poſteaquam in Philoſophicis & Theologicis faſtuoſas theſes propugnauerat magno imperitorum plauſu, ſucceſſibus proſperis elatus, cum legales etiam Theſes Diſputationi proponeret, inter nonnullas temeritate conſpicuas poſuit hanc adoleſcentulus, qui vix biennium Jurisprudentiæ impenderat: *Quis autem & qualis ordo in toto Digeſtorum corpore ſeruetur, ſi placet, dicam.* Hic igitur poſteaquam ſumma eorum, qui aderant, admiratione ſatisfeciſſet omnibus, quæ matutino tempore ibi propoſita fuerunt; veſpertino tempore rogatus ab eruditiſſimo viro GREGORIO MAIANSIO; Quam ob cauſam JUSTINIANUS voluit argumentum *de legatis* tribus pertractare libris? veram rationem, quæ facti eſt, ignorauit, quoniam JUSTINIANUS ſcilicet imitari voluit Gaium, ut ipſe profeſſus eſt. Deinde cum ad argumen-

mentum proceſſiſſet GREGORIUS MAIANSIUS, & initio ipſo Diſputationis nimis eum urgeret allegata *L. nemo eſt qui neſciat* 5. *de duobus reis*, nouus ille Protheus iuſſus legere textum, qui in argumento, quo de agebatur, *de utilibus & inutilibus ſtipulationibus* locum obtinet principem, ut inani memoriæ oſtentatione difficultatem eludere videretur, inſolenter dixit, nolle ſe legere textum ſed memoriter recitaturum. Cui MAIANSIUS: Minime id quidem mirum, cum nullus alius textus æque aduerſetur propoſitioni tuæ. At alios poſtea allegabo, quos recitare non poteris. Interea videbimus, qua ratione diſſoluas nodum hunc. Et ne a maiorum more recedamus, volo, iubeoque relegere textum. Tunc ille: Legam, inquit; & Pandectis contra faciem poſitis, oculis tamen in cœlum ſublatis, impudentiſſimè cœpit memoriter textum recitare; cumque incipere deberet, *Nemo eſt, qui neſciat, dixit, Nemo neſcit.* Quo audito, MAIANSIUS (17) oratione grauiſſima in

(17) Cum GREGORII MAIANSII non ſine laude, quam eius doctrina & virtus meretur, ſæpius mentio facta ſit, de ſcriptis, quibus vir Celeberrimus in acad. Valent. Cod. Juſtin. Profeſſor nominis ſui famam immortalem reddidit, pauca monemus; ſunt autem ſequentia:

eius vanitatem inuectus eſt, & ut eiusdem arrogantiam magis deprimeret, ab eo quæſiuit; e quo JULIANI libro textus ille deſumtus eſſet? Et obmutuit magna hominum frequentia.

Euan-

GREG. MAYANS i CISCAR oracion en alabanza de las eloquentiſſimas Obras de DIEGO SAAVEDRA FAIARDO. Valencia. 1725. 4.

Eiusd. *Oracion que exhorta à ſeguir la verdadera idea de la Eloquencia Eſpannola.* Valenc. 1727. 4.

Eiusd. Syſtema Diſputationum legalium. Valentiæ in Edetanis. 1730. 4.

Eiusd. Epiſtolarum Libri ſex. Valent. Edetan. 1732. 4.

Eiusd. ad Quinque JCtorum Fragmenta Commentarii, & ad L.S. fuerit s.d. Leg.III. Recitatio extemporalis. Valent. 1723. 8.

Eiusd. Diſputationum Juris. L. I. ibid. 1726. 8.

(Eiusd.) JUSTI VINDICII Relatio de Diſputatione, quam habuit in Valentinæ academiæ Sacello. (Valent.) 1725. 8.

Ei. Vida de S. ILEFONSO. Valencia. 1727. 12.

Ei. *Oracion de la Concepcion puriſſima de la Virgen Maria Madre de Dios.* Valent. 1729. 8

DIEGO SAAVEDRA FAIARDO de Republica Literaria, Obra poſtuma, corregida por GREG. MAYANS. ibid. 1730. 8.

Mul-

EUANGELI COSMOPOLITANI
Notæ
ad SEBASTIANI STADELII Epiſtolam
de
Circumforanea literatorum vanitate.

Ad pag. 300. ad illa: *aliis pulchrum viſum eſt, ſuas ipſorum laudes ebuccinare.* Nusquam maiores apparent laudes, quam in Prologis. Operæ eſt legere EMANUELEM FARIAM (18) virum alioquin ingenioſiſſimum. Temperare mihi non poſſum, quin irridendam proponam BLASII GARCIÆ puerilem iactantiam, qui libello ſuo, quem inſcripſit Eclogia, quamplurimas præmiſit Præfationes. Quanquam hic veniam aliquam meretur, cum tantum natus eſſet ſeptendecim annos. Quomodo vero excuſabimus VINCENTIUM MARINE-

Multa in laudem eius dicta ſunt in Actis Eruditorum & Nouellis literariis Lipſienſibus & a Celeb. CHRISTO. AUG. HEUMANNO in Via ad Hiſt. Liter. Hanov. 1733. 8. p. 168. qui *MAIANSIUM lucidum patriæ ſuæ ſidus, haud dubie alios quoque ſuorum ciuium illuſtraturum* appellauit.

(18) Præfationes omnes a FARIA ſcriptæ Charletaneriam ſapiunt, præcipue tamen illa, qua commendauit *LUIS de CAMOENS Luſiadas. Madr.* 1639. Tomis IV. in fol.

NERIUM, (19) qui FRANCISCUM QVEVEDUM virum alioquin in adulationem minime compoſitum coëgit, ut ad ſe ipſum mitteret, & impenſe laudaret prolixum catalogum omnium operum, quæ ipſe MARINERIUS conſcripſerat: Quæ epiſtola eius operibus præmiſſa eſt, ut (ſi ſuperis placet) MARINERIUM tanquam alterum DIDYMUM celebremus.

Pag. 318. ad illa verba: *adiungendi ſunt, qui in allegationibus.* Neque ſolum peccant in hac re Jureconſulti, ſed & omnium ſcientiarum ſtudioſi, qui ut lectionem ſuam oſtentent, auctorum, quos forte nunquam viderunt, Syllabos recenſent; inter quos primas tenet JOSEPHUS PELLICERIUS, (20) qui cum anno

(19) Apparet MARINERII Bibliothecæ Eſcurial. quondam præfecti ambitio inſipiens ex relatione ANT. l. c. P. II. p. 262. *Si vera ſunt,* inquiens, *quæ ipſe de ſe palam efferebat, ac literis per epiſtolas ad diuerſos datis conſignare ſolebat, plane is fuit, quem induſtriæ & indefeſſi laboris peruicacia veterum aut recentiorum, qui magis chartis impalluerunt, cuilibet absque ulla inuidia æquiparare poſſumus.*

(20) PELLICERIUS Chorographi regii munus ſuſtinuit, cumque LODOV. GONGORÆ nomini & famæ conſeruandæ eſſet ſtudioſus, adhuc iuuenis publicauit *Las Lecciones ſolemnes a las Obras de D. LUIS de GONGORA.* conf. ANT. l. c. P. II. p. 30.

anno 25. ætatis ſuæ ſcripſiſſet *Lectiones ſollemnes in LUDOUICUM GONGORAM*, præmiſit eis indicem in quo ſunt ſexaginta quatuor Claſſes Scriptorum. Quod genus hominum perquam facete irriſit MICHAEL CERVANTES SAAVEDRA in ſuo *Quixoti* Prologo, quem qui legerit, minime operam perdet.

FINIS.

INDEX.

A.

de Abaunza, 13. *Academia Inſcriptionum Pariſ.* 15. *Æſopi fabulæ*, 37. *Alberus*, 57. *Alcabiræ deſcriptio*, 246. *Alcoranus Franciſcanorum*, 58. *Alemanniana*, 269. *Allæi Aſtrologia*, 24. *vita ib. Allatius.* 122 *Anglicus*, 74 *Antitheſe de noſtre J. C.* 276 *a diuo Antonio*, 73 *Apocryphi libri*, 104 *Araoz.* 6. *Aretinus.* 17. 70. *vincitur a Franco*, 265 *Attila, ubi victus*, 16 *Auguſtinus, Ant.* 215.

Badius, 58 *Baylius notatur*, 9. 222 *Bebelius*, 71 *Benuenuto da Imola*, 230 *Beuerlandus*, 32. *Peccatum Orig.* 225. *Scripta & Teſtam.* 227 *Beuilacqua*, 48 *Beza* 20. *Bianchini ſtudium Hiſtoricum laudatur* 169 *Bible des poëtes*, 151. *Bibliotheca Burgheſiana*, 108. *Sclafanitana*, 211 *Biturigum origo.* 157 *Blatna. v. de Rosmidal. de Bluet. Darberes.* 49 *Bocaccio*, 60. *Bodini Colloquium Heptaplomeres*, 277 *Boehmii, Jac. vita.* 232 *Bonifacius*, 106 *Bourigna-*

nonia, 32 *de Boze*, 28 *Bruno, Spaccio &c.* 219 *La Cena de le Ceneri.* 273 *Budæi elogium.* 209 *Buonaroti, artifex* 213. *Burleus.* 68. *Burmannus* 52

C.

Cabyrus deſcribitur 247 *de la Caille*, 50 *Campanella de Monarchia Meſſiæ*, 32. *Chiliaſta*, 33 *Canticum Canticorum a Vænio explicatum.* 112. *Carrus de paucitate ſcriptorum Britannicorum*, 257 *Carteſius ſequitur dogmata Bruni.* 222. *hypotheſin Pereiræ.* 250 *Caſæ, Epiſtolæ.* 244. *Rime e Capitolo del Forno.* 279 *Catalaunici campi*, 16 *Catherinot, Annales Typogr.* 1. *L'Art d'imprimer.* 109. *La Gaule Grecque.* 154. *Les illuſtres de Berry.* 157. *Le Sanctuaire de Berry.* 234 *Catrou Hiſt. Rom. Scriptor.* 200 *Celetæ, unde dicti.* 155 *Ceremoniæ cultus Judaici & Ægyptiaci.* 195. ſeq. *Chaos del Tri per &c.* 43. *Chocolathæ potus a Monachis amatur.* 41. *Ciceronis officia.* 75. *Cinellius.* 45 *Collius.* 64. 65 *Columna*, 15 *Comœdia*, 6. *perſonis denudatis acta.* 150 *Condiui vita Buonaroti* 213 *Conformitatum liber* 54. *Coniugium in Gymnaſiarcha reprobatum.* 209 *Cornellius*, 8. *Couſturier.* 10. *Cozzandi Libraria Breſciana.* 239. *Creatio mundi quo tempore facta.* 186. *Cymbalum mundi.* 2.

D.

Dante, Opere. 230. *Demetrius Phalereus unde dictus.* 140. *Diluuii uniuerſalitas a Langleto in dubium vocatur.* 175. 186. *Dionyſii Bibliotheca Capuc.* 153. *Diſperſio linguarum.* 178. *Doni Libraria.* 217. *Durandus.* 109.

Earl

E.

Earl of Rocheſter 150. Egyptiorum cultus religioſus 195. ſq Eraſmi MSta. 4. Euangelium Nicodemi 10. Eximines 105.

F.

Fabricii, Arnoldi, Epiſtola 207. Faunus de Rom. fori loco 218. Flud, ſ. a fluctibus 31. Folengo 43. S. Franciſcus 54. Franco, Nic. Rime 265 ſuſpenditur 267. Fresnoy, Methode pour étudier l'Hiſt 166. Fulgoſi 35

G.

Galenus περὶ ἀποδείξεως. 43. Gallus, Optatus 28. Gauricus de otio 267. Gelida Epiſtola 207. Genſekoſt. 229 Gioachimo Abbate. 77. Goſpel of Nicodemus 10. the naked 69. Goueanus in Hiſpaniam vocatur 207. Grangierius 16

H.

du Halde in Geographia verſatus 169. Harduinus notatur 168. Herſen, Car alias Optatus Gallus 29. Hiſpani non ineruditi 14. Hiſtoria urbis Palermi 211. Hiſtoria antiqua difficultates 170. 176. Horatii Poemata 233

I.

Jacobi apoſtolatus 164. Jeſuitenkoſt 229. Ildefonſus 95. Inghiramus 122. Inueges 211. Joachimus Abbas 77 Iſidor. Hiſpal. an auctor Miſſalis 160. Judaorum cultus, 194. Judex de Typographia 252

L.

Langletus. vid. Freſnoy. de Laſtanoſa 67. Laurus 107 *Leonis Enchiridion 149. Liber Conformitatum 54. Lingua Græca veſtigia 155. neceſſitas, abuſus, 156. pronunciatio 243. Linguarum diſperſio* 176. *Lomenius 99 Longæuitas patrum V. T. 185. Luſignanus 101.*

M.

Magliabechi 45. Mahometus Cardinalitiam dignitatem adſpirat 230. de Manfredis, il Perche 263. familia 264. de Marca 31. Martiranus 42. Maſcurat, ſcriptum Naudæi 115. Mazarin 117. 137. *Medailles de Louis XIV. 14. Melchiores nominantur Meliores 22. Menagius notatur 224. Mey Philip. typograph. 216. Minerua 104. Miſſa in Scripturis inuenta* 271. *Miſſale Mozarabes 158. eius editio 164. Moſes, quod hiſtoricus uniuerſalis ſit male negatur* 171. *Motis, Jo.* 27. *Moneia, Bern 18. de Montoya de diuitiis 283. Mozarabum origo 158. religio 159. Muretus poëta laſciuus 21*

N.

N.

Natolini 48. Naudæus 115. Noæ filii 191, Numi quidam Romani 148.

O.

Orbini Catechiſmus 223. Epiſtre de ſa foy 259. Optatus Gallus 28. Ortizius, editor Miſſalis 158. Ortizius, Blaſius 158. Otium diſtinguitur 268. Otreb. 31. Ouidius, de vetula 132. Metamorph. 151.

P.

à Palacios obiection. 250. Palæſtina viſitatur a L. B. de Roſmidal 237. *Papekoſt. 229. Parcæ tres 122. Pax Pyrenæa 145. Pelagius* 72. *Pereira antoniana 250. Peyrerius 181. Exercit. de Præadamitis 224. Philelfus 130. Piſanus* 54. *Poeſia giocoſa 130. de Pois* 27. *Poliphilo 11. Pontificiorum dogmata quædam* 272. *Præadamitæ à Langleto aſſerti 181. Prælati Romani notantur 169. Pſalterium Dauidis 109.*

Querimonia catolica 93. Quinnomes 147.

Rauch. 40. Richelieu 29. Rocca 108. Rodriguez 114. Rommant de la Roſe 96. de Roſmidal itinerar. 236. Rouïlla not. 200.

Saluianus 7. *Saturni figura 152. Satyra inutiles 123. Scaruffi 105. Schaſcho auctor. itiner. in Palæſt. 239. Schmidii Collectio edit. principum 262. Scriptores de Ludis* 78-93. *Simonius, ſim. 254. Surien 95*

Theatrum Jeſuiticum 93. 96. Thiers 59. Tolandus 220. ſequ. Toleti ritus Mozarabum peragitur 163. Triumpha. 3. Tuppus 37. *Typographi clari 48. 143. Typographia auarici 2. eius inuentio* 48. 51. 123, *Udinenſis. ib. artis huius requiſita,* 110. *Turnebi elogium* 143.

anius 112. *Du Val laudatur 168. Vaugelas 269. Vectiani Epiſtola* 241. *Vini abuſus* 42. *Virgilii Opera 233. Volcmarius 22. Voſſius, Iſ. excitat Beuerlandum 226.*

Waddingus 73. *Wagnerus, Jo. Jac. 59. Waleys auctor Bibl. Poët. 152. Wechelus 8. Wexionius 23. Wiclef. Jo. Dialogi,* 248. *ſq. Ximenez 162. Yvo Pariſ. 25. Zuichemus 6.*

L. B.

Errata cum paſſim inueneris, noli auctori adſcribere; temporis & loci ratio erratorum quorundam cauſa fuit.

A 1 1512593

Digitized by Google

~~15~~

~~152~~
~~13~~

~~105~~

151
~~13~~ C
54 53